
DE TRAICIENDIS PARTIBUS IN DEMOSTHENIS ORATIONIBUS SCRIPSIT...

Friedrich Wilhelm Otto Nitsche


Digitized by Google



Digitized by Google

238
8

DE TRAICIENDIS PARTIBUS IN DEMOSTHENIS ORATIONIBUS.



SCRIPSIT

GUILELMUS NITSCHE

PHIL. DR.



BEROLINI

PROSTAT APUD S. CALVARY ET SOCIUM.

Digitized by Google

288
8

Digitized by Google

HENRICO KULPIO

MED. CHIR. Q. DR.

FRIDERICO LOOCKIO

OPER. PUBLICOR. OLIM INSPECTORI

AUGUSTO MUELLERO

MED. DR. IN UNIV. LITT. REGIM. PROF. PUBL. ORD.

AMICIS OPTIME DE SE MERITIS

HAS STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS

D. D.

GUILELMUS NITSCHE.

Digitized by Google

Digitized by Google

DEMOSTHENIS
DE FALSA LEGATIONE ORATIONIS DISPOSITIO.

Quod rhetores Graeci quorum scripta supersunt nihil nobis suspicionis de dispositione in Demosthenis falsae legationis oratione tradiderunt, non ita mirandum est, cum plerique eorum eloquentiae in universum praescripta dent aut Demosthenis eloquentiae in universum virtutes persequantur, pauci singularum orationum rationes tractent. Sed tamen vestigia extant veteres jam in hac oratione variis de causis offendisse eamque suspicatos esse non perpolitam, sed in commentariis relictam esse, apud Photium p. 491 a 40—b 28 Bk.: *Καὶ ὁ κατὰ Μειδίου δὲ καὶ κατ᾽ Αἰσχίνου λόγος αἰτίαν ἔσχε τὸ μὴ τὴν αὐτὴν κατὰ πάντα ἀρετὴν τῷ Δημοσθενικῷ συνδιασώσασθαι χαρακτῆρι· καὶ γὰρ ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις λόγοις ἐκ διαλειμμάτων τινῶν ταῖς αὐταῖς ἐννοίαις ἐπιβάλλων ἁμιλλᾶσθαι δοκεῖ πρὸς ἑαυτὸν ὥσπερ ἀσκούμενος ἀλλ᾽ οὐκ ἐπ᾽ αὐτοῖς ἀγωνιζόμενος τοῖς ἔργοις· διὸ καί τινες ἔφησαν ἑκάτερον λόγον ἐν τύποις καταλειφθῆναι, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἔκδοσιν διακεκάρθαι ...... μάλιστα δὲ ὁ κατ᾽ Αἰσχίνου λόγος παρέσχεν αἰτίαν ἐν ὑπομνήμασι*

Digitized by Google

καταλελεῖφθαι οὔπω τὴν ἐργασίαν ἀπειληφὼς τελείαν· διότι καὶ ὃ πρὸς τὴν κατηγορίαν πολλὴν ἔσχε τὴν ἀμυδρότητα καὶ κουφότητα, ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ λόγου παρέθετο· ὅπερ οὐκ ἂν περιεῖδεν ὁ ῥήτωρ, εἰς ἐξέτασιν ἀκριβεστέραν τῶν ἰδίων λόγων καταστάς· ..... καὶ μέντοι καὶ τὸν παραπρεσβείας τινὲς ἐν ὑπομνήμασί φασι καταλειφθῆναι, ἀλλ' οὐ πρὸς ἔκδοσιν οὐδὲ πρὸς τὸ τῆς ἐργασίας ἀπηρτισμένον γεγράφθαι· διὰ τί; διότι μετὰ τὰ ἐπιλογικὰ, πολλά τε ὄντα καὶ σχεδὸν τὸ πλεῖστον μέρος ἐπέχοντα, πολλὰς πρὸ αὐτῶν ἀντιθέσεις εἰπὼν πάλιν ἐπὶ ἀντιθέσεις ἐτράπετο· ὅπερ ἀνοικονόμητόν τέ ἐστι καὶ διεῤῥιμμένον. quarum causarum prima, repetitio earundem *ἐννοιῶν,* nulla est, si ipsa argumenta vel accusationis evincenda vel defensionis confutanda intelleguntur — intellegique videntur in ementitae legationis oratione — non sententiolae quaedam locutionesque eisdem fere verbis expressae confirmationique vel refutationi aut ornatui orationis tantum inservientes, ex qua re aliisque Midiana perspicitur inchoata esse: nam in causa publica, in qua et accusatori et reo semel plerumque licebat orare (vid. Schoemannus „attischer Procefs“ p. 712 sq., Arn. Schaeferus additam. ad Demosth. vitam p. 126 adn. 5.) — et Aeschinea talis est; cf. § 213 ed. Berol. Bk.: *οὐδ' ἐγχεῖ μετὰ ταῦθ' ὕδωρ οὐδεὶς ἐμοί* — idem argumentum iterare et repetere animisque judicum ita inculcare et necessarium et, dummodo illud nova semper ratione illustraretur aliisque verbis efferretur, adeo virtus erat orationis. altera illarum causarum est falsa, quae consiliorum Philippi Aeschinisque cum eo conspirationis patefactioni (§ 315—331), quae quidem

Digitized by Google

respici videtur, infirmitatem levitatemque tribuat. tertia petita a Photio, ut ex distinctione inter *τὸν καὶ Αἰσχίνου λόγον* et *τὸν παραπρεσβείας* apparet, ex alio vel auctore vel scripto contra gravis est, Demosthenem post longam perorationem rursus ad antitheses — ad unam scilicet, ad Charetis praeoccupandam accusationem § 332—336 — se vertisse. Hanc veterum de oratione sententiam omnino inter recentiores secutus est Taylorus (in praefat.; ad p. 387, 23. R.); orationem non bene dispositam neque eliminatam, sed a Demosthene tamen editam censuit Mich. Schmidtius in quaestion. de Demosth. et Aeschin. orationibus de fals. legat. p. 18, qui hanc ibi rem non est accuratius persecutus. contra omnia recte et ordine procedere judicavit Frid. Frankius in proleg. in Demosth. oration. de fals. leg. p. 16; eumque sequi Arn. Schaeferus, quamquam reprehensiones potius orationi factas repellere studet in additam. „Die schliefsliche Redaction der Rede von der Gesandtschaft" p. 66—68, tamen et ex hac ipsa disputatione et ex enarratione litis II. p. 363—375 cognoscitur. E contrario rursus Otto Hauptius in Jahnii annal. tom. 83. a. 1861. p. 600—607. „Ueber die Interpolationen in Demosthenes Rede von der Truggesandtschaft" § 25—30, § 91 (92 ed. Lips. Bk.) —101 (105), § 177—186, § 315—336 post Demosthenem ab alio interpolatas esse studuit ostendere. Rectam denique disquisitionis viam eodem anno 1861 Leon. Spengelius iniit. in dissertatione enim sua „Die dispositio der Demosthenischen Rede *περὶ παραπρεσβείας*," museo Rhenano ejus anni p. 552—570 inserta, analysin rhetoricam esse instituendam, formam orationis solam

Digitized by Google

considerandam ursit structuramque ejus conferendam cum ceteris judicialis generis ex antiquitate nobis servatis orationibus praeceptisque rhetorum Demostheni fere aequalium. qua via inita omnes oratorias leges violatas esse contendit, cum duarum praeoccupationum ad refutationem pertinentium (§ 134—149) posteriori (§ 147—149) confirmationis pars gravissima (§ 149—181) inmista sit; neque perorationem inde a § 315 recte progredi, id quod jam in commentariis academ. Bavar. 1860 „Die Demegorien des Demosthenes“ p. 310 (108) suspicatus erat. atque de ceteris nihil certi audens statuere priorem partem sanare conatus est. proposuit enim, § 134—149 med. *Τάχα τοίνυν ἴσως καὶ τοιοῦτος ἥξει τις λόγος — ἀλλὰ νὴ Δία τοὺς συμμάχους ἀπειρηκέναι φήσει τῷ πολέμῳ* loco suo demotis, in earum locum paragraphorum 315—331 injectionem. qua ratione talis orationis ordo existit: exordium § 1—28, confirmatio § 29—181, refutatio § 182—236, peroratio inde a § 237; confirmationis autem prior pars § 29—71 Atheniensium per legatos Phocenses interiisse, posterior § 102 (106)—177 init. de industria id et cetera facinora facta esse comprobat[1]).

[1]) Harum duarum partium rationem alterius jam argumenti auctor perspexit, quem tamen orationem eodem modo atque nos perturbatam legisse secundae confirmationis firmamentorum enumeratio ostendit, neque male eam ita exposuit p. 339 init.: *κρίνει αὐτὸν* (*Δημοσθένης Αἰσχίνην*) *διὰ δύο ἐγκλήματα, διὰ τὴν ἀπώλειαν τῶν Φωκέων καὶ διὰ δωροδοχίαν. ἰστέον δὲ ὅτι προηγούμενόν ἐστιν ἔγκλημα, ὅτι Φωκεῖς ἀπολώλασιν. πρὸς σύστασιν τούτου δεύτερον ἐνέκυψε ζήτημα, ὅτι ἐπὶ χρήμασιν Αἰσχίνῃ τοῦτο τετόλμηται, ὡς σύστασιν γενέσθαι τοῦ προτέρου ἐγκλήματος τοῦ κατὰ Φωκέας. τεκμήριά ἐστι τοῦ πάλαι*

Digitized by Google

Sed quamquam oratio ita perturbata nobis tradita sit, tamen Spengelius concludendum non putat eam non fuisse perpolitam vel adeo non habitam; perfectam potius nobis non esse conservatam, et fortasse nonnulla, quae orator — *ὥσπερ ἀσκούμενος*, ut apud Photium dicatur — in aliam formam verterit, post ejus mortem orationi adjuncta esse. a Spengelio denique profectus Voemelius in praefat. suae orationum contra Aeschinem editionis a. 1862 p. VII sq. § 315—331 inter § 133 et 149 extr.[1]) insertas retinuit, § 332—340 vero inter § 101 (105) et 102 (106) et § 134—149 med. inter § 233 et 234 injecit atque rem ad finem perducere studuit. —

Ut horum virorum sententias perpendamus disquisitionemque orationis ipsam ordiamur: ante omnia cognoscendum est, num quae partes orationis re vera disjectae sint; si cognoverimus, conandum ex disturbata forma veram eruere. videmus igitur methodi circulum, ex quo evademus, si praeceptis, quae capienda sunt ex judicialis generis orationibus locupletibusque rhetoribus, adhibitis in hac quoque oratione partes primarias distinguere potuerimus, si verba reperientur quibus ab una

ταῦτα ἐσκευωρῆσθαι καὶ κατεσκευάσθαι, δι' ὧν ἅμα καὶ προαναιρεῖ τὸ χρῶμα Αἰσχίνου, καταφεύγοντος ἐπὶ ἄγνοιαν καὶ συγγνώμην..... p. 340 med. *ἔστι δὲ τούτων (τῶν τεκμηρίων) τὸ ἰσχυρότατον, καὶ οὗ μάλιστα ἀντέχεται, ἡ ἀπαγγελία καὶ ἡ ὑπόσχεσις Αἰσχίνου ἡ περὶ Θηβαίων καὶ Φωκέων.*

[1]) Quod enim in Voemelii edit. § 149 extr. *ὅτι γὰρ ταῦθ' οὕτω πέπρακται — εἴσεσθε* ad § 134—149 med. tracta sunt, sine dubio eo invito factum est.

Digitized by Google

orationis parte ad alteram diserte refertur, si transitus capitum apti efficientur. res actae quoque quae commemorantur cetera argumenta confirmabunt, si eas non ex auditorum memoria praeteriti temporis peti, sed ex ipsius orationis capitibus prioribus apparebit denuo afferri. neque ad genuinam orationis argumentorum seriem eliciendam varia eorum pondera neglegenda erunt; at non tam vera eorum spectanda, quam quanta eis esse Demosthenes ipse voluit. denique vehementior aut remissior in variis partibus spiritus, effusior aut strictior oratio ad haec accedet. —

Ultimis igitur verbis § 341—343 etiam Philippi causa Aeschinem condemnandum esse Demosthenes affirmat. hoc enim condemnato fore ut ille aut, simulatque cognoverit penes quem summa rerum sit, populum colat, aut certe, si in eadem contumacia permaneat, quibus utatur non amplius habeat. quid enim Aeschine absoluto regis mercenarios ausuros esse? quem reliquorum civium non deteriorem futurum? Quod hic ejusdem sententiae orator meminit, qua jam antea § 134—146 Aeschinem refellerat obicientem orituras esse cum Philippo inimicitias, et quidem iisdem ex parte verbis (cf. § 341 *ὀλίγους θεραπεύειν* cum § 138 *πάντας θεραπεύειν*, § 341 *τοῖς .... πάντων κυρίοις* cum § 137 *τῷ κυρίῳ τῶν πραγμάτων*), id quidem vituperationem non habet. attamen hac parte § 341—343 sola orationem finiri posse cum Spengelio negandum esset, Voemelioque si id putet — at putare eum non opinor, cum dicit p. VII: „Denique non persuasit mihi Spengelius perhibens deesse orationis finem. Conclusio §§. 341—343

Digitized by Google

nobis quidem non displicet" — contra dicendum, nisi haec pars apte conjungi posset cum § 312—314, ubi dixerat et majorum causa, quorum meritis Aeschines obtrectavisset, morte eum dignum esse et civium, quorum facultates omnes delevisset, deletis autem in omnes sese jactans superbire coepisset. has partes si in unam conflabimus, optimus orationis exitus fiet. hoc igitur argumentum ad cetera accedet, si quae suadebunt ut § 315—340 loco quem adhuc obtinent removeamus.

Incipiamus a § 332—340. in eis orator Charetis accusationem, ad quam Aeschinem se praeparasse audierit, utpote quae ad Aeschinis ipsius accusationem non pertineat reicit judicesque ne ab adversarii voce incantari sese patiantur adhortatur. haec neque cum § 315—331, in quibus Philippi consilia quo modo in Phocensium perniciem effecta sint deteguntur, conjungi necesse esse apparet, neque ullo modo coire cum sequentibus § 341 *Ὅτι δὲ οὐ μόνον κατὰ τἄλλα, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς αὐτὸν τὸν Φίλιππον πράγματα πανταχῶς συμφέρει τουτονὶ ἑαλωκέναι, θεάσασθε.* continent vero tum praeoccupationem, quae potius refutationis sit quam epilogi; tum non alia quidem praeoccupatio sequitur, at per haec verba (§ 336) *ἂν οὕτω φυλάττητε αὐτὸν .... τὴν ἄλλως ἐνταῦθ᾽ ἐπαρεῖ τὴν φωνὴν καί πεφωνασκηκὼς ἔσται.* (§ 337) *Καίτοι καὶ περὶ τῆς φωνῆς ἴσως εἰπεῖν ἀνάγκη* posteriora cum antecedentibus arte cohaerent. haec omnia offendunt, neque tamen negari potest ad § 337—340, non ad § 216 Aeschinem respexisse, cum § 1 suae orationis diceret *ὑπολογιζομένους . . . τὴν ὠμότητα (τοῦ κατηγόρου), ὃς ἐτόλμησε*

Digitized by Google

παρακελεύσασθαι πρὸς ἄνδρας ὀμωμοκότας τῶν ἀντιδίκων ὁμοίως ἀμφοτέρων ἀκούσεσθαι τὴν τοῦ κινδυνεύοντος φωνὴν μὴ ὑπομένειν. itaque locus in oratione quaerendus erit, ubi apte vel si fieri potest cum necessitate haec duo capita collocentur. quo invento etiam Spengelii offensio diluetur, quam ei Charetis mentio § 332—336 moverat, cum jam § 147—149 et quodam modo etiam § 88. 91—97 de malis Atheniensium ducibus sermo fuisset.

Voemelius igitur § 332—340 inter § 101 (105) et 102 (106) ponendas esse censet. ibi usque ad § 101 (105) Demosthenes omnia male et ignominiose per Aeschinem ceterosque legatos periisse se satis ostendisse dicit. tamen Aeschini ignoscant vult, si inscitia imprudentiaque, non voluntate et mercede fecerint. tum inde a § 102 (106) Aeschinem arguit, si a Philippo deceptus esset neque ipse sua sponte decepisset, regi jam diffidere eique inimicissimum fieri debuisse civesque ut sibi ab eo caverent admonere, id quod nunquam Aeschines fecerit neque nuper, cum Thessali Philippique legati ad Athenienses venissent ut hi Philippum Amphictyona crearent postulantes. Hunc igitur nexum Voemelius manifesto discindet, nisi interjectis § 332—340 alium artiorem melioremque qui simul verus sit efficiet. argumentatur vero ita: „Illo capite (quod §. 101 finitur) de pace per imperatores malos male constituta actum erat, altero autem loco (§§. 332—340) agitur de Charete, qui bellum male gesserat, et de Aeschine, qui voce sua ad reipublicae detrimentum abutebatur. Bene igitur procedit sententia ad §§. 102 seqq., ubi omnia

Digitized by Google

perdita esse per oratores malos, Aeschinem *εὔφωνον* ejusque socios."

At ne sequetur quidem continuo praesumptio de Charete (§ 332—336) praesumptionem de imperatoribus malis (§ 91 [92]—97 [101]), sed interjecta sunt § 98 (102)—101 (105), per quas Demosthenes, collegas suos omnia perdidisse se demonstrasse contendens idque eos consulto et mercede conductos fecisse se demonstraturum promittens, diserte partem confirmationis finit priorem. sed mittamus hoc sequentemque cogitemus partem specialem § 332—336 continuo post generalem § 91 (92)—97 (101): plane intolerabiliter eadem concludendi procedendique ratio ilico iterabitur. cf. § 92 (93)—94 (97) *ἦν ἡμῖν πόλεμος πρὸς Φίλιππον; .... μετὰ ταῦτα εἰρήνην τινὲς ἡμᾶς ἔπειθον ποιήσασθαι ..... „τί οὖν ἄνθρωπε λέγεις," εἴ τις ἔροιτό με, „καὶ πόθεν ἄρχῃ κατηγορεῖν;" ὅθεν .... τοῖς τὰ δίκαια λέγουσιν ἀντειπὼν τῷ μισθοῦ γράφοντι συνεῖπε δῶρα λαβών, καὶ μετὰ ταῦτ' ἐπὶ τοὺς ὅρκους αἱρεθείς, ὧν μὲν ὑμεῖς προςετάξατε, οὐδ' ὁτιοῦν ἐποίησε, τοὺς δ' ἐπὶ τοῦ πολέμου διασωθέντας ἀπώλεσε τῶν συμμάχων, καὶ τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα ἐψεύσατο ἡλίκα οὐδεὶς πώποτ' ἄλλος ἀνθρώπων οὔτε πρότερον οὔθ' ὕστερον*, et § 333 *ἐγὼ γὰρ Αἰσχίνην οὐδενὸς αἰτιῶμαι τῶν ἐν τῷ πολέμῳ πραχθέντων .... οὐδὲ τοῦ ποιήσασθαι τὴν πόλιν εἰρήνην, ἀλλ' ἄχρι τούτου πάντ' ἀφίημι. τί οὖν λέγω καὶ πόθεν ἄρχομαι κατηγορεῖν;* quam interrogationem tum similis, sed aliquanto uberior sequitur enumeratio. neque a § 337—340 ad § 102 (106) sqq. apte transibit oratio, cum in his paragraphis inde a § 102 (106) ne

Digitized by Google

minimum quidem de oratoribus malis, Aeschine *εὐφώνῳ* ejusque sociis, qui omnia perdiderint, sermo sit, id quod antea potius usque ad § 97 (101) factum esse Demosthenes ipse § 98 (102) init. perhibet; sed postquam orator judices ut sibi caverent ab Aeschinis pulcra voce adhortatus esset, qua ille post Demosthenis orationem locuturus erat, sine ullo sententiarum nexu sequeretur expositio eorum quae ex Aeschine post pollicitationes ejus Phocensiumque interitum audiri debuerant.

Quod si rursus § 98 (102) — 101 (105) antecedentes facimus ante § 332 — 340, multo etiam plura offendent. § 101 (105) extr. enim orator Aeschinem pecunia accepta e compositoque omnes res minuisse dicit statim se comprobaturum: *σκοπεῖτε δὴ τὸν ὑπὲρ τούτων ἔλεγχον, ὡ δίκαιος ἔσται, μεθ' ὑμῶν;* quae comprobatio, § 332 — 340 non insertis, optime § 102 (106) inciperet per haec verba: *Ἀνάγκη δήπου τοὺς λόγους τούτους Αἰσχίνην πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν τουτονί, τοὺς περὶ τῶν Φωκέων καὶ τῶν Θεσπιέων καὶ τῆς Εὐβοίας, εἴπερ μὴ πεπρακὼς αὐτὸν ἑκὼν ἐξηπάτα, κ. τ. λ.;* sed nunc sequetur praeoccupatio aliqua, quae aptius refutationis pars esset, et quidem his verbis: *Εἶπε τοίνυν μοί τις ἄρτι προσελθὼν πρὸ τοῦ δικαστηρίου πρᾶγμα καινότατον πάντων, Χάρητος κατηγορεῖν αὐτὸν παρεσκευάσθαι, καὶ διὰ τούτου τοῦ τρόπου καὶ τούτων τῶν λόγων ἐξαπατήσειν ὑμᾶς ἐλπίζειν,* et post hanc sequetur illa de voce admonitio, quae ambae nihil ad comprobationem antea indicatam faciunt, immo ad factam jam illam respiciunt. cf. § 332 *διὰ δὲ τοὺς ἐπὶ χρήμασι λυμαινομένους τοῖς πράγμασι,* § 333 *καὶ τοῦ δῶρα εἰληφέναι* (sc. *ἀρ-*

χομαι κατηγορεῖν), § 334 *καὶ μηδὲν πεπρακότας ἀνθρώπους ..... κἂν ἐπῄνουν*, § 335 *διὰ τούτους ἀπόλωλε καὶ τὴν τούτων δωροδοκίαν*, § 339 *ὅταν δ' ἐπὶ δωροδόκου καὶ πονηροῦ καὶ παντὸς ἥττονος λήμματος*, § 340 *οὕτως οὖν ἀκούετε τούτου ὡς πονηροῦ καὶ δωροδόκου κ. τ. λ.*[1]) alia praeterea quae insunt in § 332—340 jam antecessisse § 102 (106) multasque sequentes postulant, cum ad res quae in his dictae sunt spectent: et alia rursus melius saltem proferentur, si ex priore oratione, non ex auditorum memoria sola revocantur. ita § 336 *τί δὴ μέχρι νυνὶ τὸν τὰ τοιαῦτα πεποιηκότα ἐπαινεῖς;* respicit ad § 102 (106)—110; § 333 *τοῦ μετὰ ταῦτα* (sc. *μετὰ τὸ πάντ' ἀπολωλεκέναι*) *ἑτέρων προλεγόντων φυλάττεσθαι τὸν τοσαῦτα ἠδικηκότα, τοῦτον ἐκείνῳ συνηγορεῖν* ad § 111—113; § 338 *οὗτος δὲ τοὺς παιᾶνας ᾖδεν, ὑμῶν δ' ὑπερορᾷ* ad § 128—130 (cf. in

---

[1]) Alius generis, atque hi loci, quattuor praesumptionis § 88—97 (101) sunt in priore jam confirmationis parte: § 88 *τί τις εἶναι τοῦτο φῇ πλὴν ὅτι δῶρα λαβόντες οὗτοι καλὸν πρᾶγμα φύσει* (sc. *τὴν εἰρήνην*) *κακῶς διέθηκαν;* § 90 *ἡ δέ γε τῶν πραγμάτων κατασκευὴ καὶ τῶν συμμάχων.... ἡ μὲν ἡμετέρα πραθεῖσα ὑπὸ τούτων ἀπόλωλε καὶ γέγονεν ἀσθενής, ἡ δ' ἐκείνου φοβερὰ καὶ μείζων πολλῷ*, § 97 (100) *εἰρήνη μὲν οὖν δι' ἐκείνους* (sc. *τοὺς στρατηγούς*), *ἐπικίνδυνος δὲ καὶ σφαλερὰ καὶ ἄπιστος διὰ τούτους γέγονε δωροδοκήσαντας*, § 94 (96) *„πόθεν ἄρχῃ κατηγορεῖν;“ ὅθεν.... τῷ μισθοῦ γράφοντι συνεῖπε δῶρα λαβών.* non enim legatorum corruptelam jam commonstratam poscunt neque in ipsis de hoc praecipue crimine agitur, sed Aeschini occurrens ne per pacem malosque duces inferendos causam deserat, quasi quae post pacem acciderint aliter intellegi non possint tribus prioribus locis crimen illud inspergit, ultimo, ut ad accusationem, quam restituturus est, id accedat.

primis § 128 *συνεπαιώνιζε*); § 333 *τοῦ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς ὑστέρας πρεσβείας τοὺς χρόνους κατατρῖψαι καὶ μηδὲν ὧν προςετάξαθ' ὑμεῖς ποιῆσαι*[1]) ad § 155. 158—165, quo loco temporis triti decretique a legatis contempti crimina, quamquam § 4. 17. 57 jam commemorata erant, demum evincuntur; § 334 *τίς δὲ Δορίσκον, τίς δὲ Κερσοβλέπτην; τίς δὲ Ἱερὸν ὄρος* (sc. *ἀπολώλεκεν*); spectat ad § 156 (cf. § 180); § 338 *οὗτος δὲ ἐκείνου μὲν προυκυλινδεῖτο* aptissime refertur ad § 160 *οὗτοι δ' ἐχαρίζοντο πάντ' ἐνδεικνύμενοι καὶ ὑπερκολακεύοντες ἐκεῖνον;* § 338 *τοὺς δ' αἰχμαλώτους . . . . ἔσωσα, οὐδὲν ὑπεστειλάμην* respicit ad § 166—170; § 335 *τί οὖν εἴ τι Δημοσθένης ἠδίκησε, νῦν λέγεις, ἀλλ' οὐχ ὅτε τὰς εὐθύνας ἐδίδου κατηγόρεις; δι' αὐτὸ γὰρ εἶ τοῦτο ἀπολωλέναι δίκαιος* ad § 211. 212. 215.

Voemelii igitur medela probari non potest. quod si quaerimus, ubi tandem illa capita collocanda sint: cum eorum prius praeoccupatio sit et quidem refutationis post corruptelae fraudisque confirmationem factae, posterius autem a priore divelli nequeat, sed praeoccupatio ipsum non sit, nisi forte hanc praeclaram de Aeschinis voce admonitionem illi de Charete praesumptioni adjungere volumus ut appendicem, pro qua haud dubie gravior sit, in tota oratione nullus alius locus ad illa recipienda inveniri potest, quam ante § 237.

---

[1]) Haec § 333 verba etiam enumeravi, cum inter tot alia retro respicientia sint, quamquam scio ante § 155. 158—165 jam § 94 (96) in renovandis criminationibus dixisse oratorem *καὶ μετὰ ταῦτ' ἐπὶ τοὺς ὅρκους αἱρεθεὶς, ὧν μὲν ὑμεῖς προςετάξατε, οὐδ' ὁτιοῦν ἐποίησε.*

Digitized by Google

ibi nunc quidem sine ulla praeparatione vel transitu epilogus repente ita incipit: *Ἴσως τοίνυν ἀδελφὸς αὐτῷ συνερεῖ, Φιλοχάρης, καὶ Ἀφόβητος;* insertis vero illis capitibus pulcherrima ratione primum § 337—340 reo suae ipsius vocis orationisque auxilium eripitur, tum § 237—240 fratrum, deinde § 289—300 Eubuli; denique per liberos ipsiusque lacrimas commiseratio (310—311), ita ut epilogus naturalem ordinem sequatur. atque § 332—336 quoque post § 201—236 apte sequentur. in his enim ullam sibi orator cum ceteris legatis maleficiorum societatem fuisse negaverat idque demonstrare studuerat; in illis Charetis quoque accusationes repellit. ad quem nexum respicere videtur orator § 335 *ἐκείνως αὐτὸν δέχεσθε· „οὐ στρατηγῷ δικάζομεν, οὐ περὶ τούτων κρίνῃ. μὴ λέγε εἴ τις αἴτιός ἐστι καὶ ἄλλος τοῦ Φωκέων ὀλέθρου, ἀλλ' ὡς οὐ σὺ αἴτιος δεῖξον. τί οὖν εἴ τι Δημοσθένης ἠδίκει, νῦν λέγεις;" κ. τ. λ.* neque neglegenda est summa aequalitas hic in exitu totius argumentationis — ita angustiore sensu (cf. auct. ad Herenn. II. § 28—30) ad cunctam confirmationum et infirmationum partem significandam vocabulo utar — et antea § 91 (92)—97 (101) in exitu prioris confirmationis. utrobique enim Aeschines tum impeditur quominus in bellum vel in pacem evagetur, tum in fines ipsius causae reicitur criminationibus denuo enumerandis. et quidem illud breviter fit § 332—336, cum antea idem satis copiosa et ad persuadendum accommodata ratione praesumptum sit, hoc vero omnibus criminibus jam evictis valde abundanter vehementerque totiusque argumentationis exitu dignum in modum. accedit denique

Digitized by Google

quod hac collocatione facta nihil in § 332—340 erit quin in antecedentibus suam habeat explicationem. —

Quoniam ad hanc orationis partem venimus disputatione: priusquam ad § 315—331 pergamus, breviter agendum est de § 234—236. in his Demosthenes judices monet ne per epularum, quibus Philippi legatos exceperit, laudationisque, quam post reditum de legatis in senatu tulerit, commemorationem se ab Aeschine decipi patiantur; factas esse et illas et hanc statim post primam legationem, cum Aeschinem a rege corruptum ipse nondum scierit. Incipit haec praeoccupatio subito sine ullo transitu neque rebus ipsis cum antegressis cohaeret. itaque Dobraeus advers. I. p. 435, „Κέκρικε. * * * * Φέρε δὴ — Mirum,“ inquit, „ni aliquid exciderit,“ et Frankius proleg. p. 16. „Semel tantum aliquid non suo loco videtur positum esse § 234—6, sed consulto illud quidem ab oratore factum esse ostendunt verba μικροῦ γε ἃ μάλιστα μ' ἔδει πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν παρῆλθον, quibus verbis non excusare perversum ordinem voluit, sed dicto fidem facere.“ Spengelius denique p. 555 sq. post defensionem Aeschinis haec verba a Demosthene videri addita scriptae orationi primus dixit. Aeschines enim, postquam illud adversarii post priorem legationem decretum § 46 suae orationis commemoravit publicis litteris adhibitis, § 121 (cf. § 178) eodem, quasi rursus post secundam factum sit, inpudentissima fronte utitur, cum aliis Demosthenis verbis id permiscens, quae, si de Aeschinis exaggeratione aliquid detraxerimus, dicta esse possunt. (cf. Schaef. II. p. 253.) ac recte quidem mihi Spengelius videtur judicasse. vix

Digitized by Google

enim Demosthenes Aeschinem hunce, non alium in modum mentiturum esse praevidere potuit, neque, si potuit Atheniensesque admonuerat, Aeschines eos sic deludere ausus esset neque illi passi. sed quod idem rem non ad finem perduxit, sane miror. nam Sauppius jam, ut ex Voemelii adnotatione vidi, § 233 *ΜΑΡΤΥΡΕΣ* titulum delevit, conferens § 237 (236 extr.?), recteque fecit. nam § 236 *λέγε τὴν μαρτυρίαν* non ad ea quae ultima antecedunt pertinere possunt. neque enim opus fuit Demostheni accusanti judicesque de eo quod fortasse Aeschines facturus esset admonenti de se ipso testimoniis; ac si afferre voluit, senatus potius adhibuisset acta locupletissima; denique deest formula *ἀλλὰ μὴν ὅτι ταῦτ᾽ ἀληθῆ λέγω* vel similis ante *λέγε τὴν μαρτυρίαν*. Sed neque duas res varii argumenti inter testium vocationem testimoniique recitationem interponere artificiosum est, neque § 233 *Τοῦτον μὲν τοίνυν οὐκ ἔκρινεν — πεπορνευμένον κέκρικεν* interpositi speciem habent, sed *ἐπιφωνήματος*. perspicuum est igitur Demosthenem § 234—236, quarum sermo strictior est, post § 233 *κάλει μοι τούτων τοὺς μάρτυρας* insertas voluisse, tamquam haec cogitatio dum testes adducerentur subito sibi in mentem venerit (cf. § 234 *φέρε δὴ περὶ τῆς ἑστιάσεως καὶ τοῦ ψηφίσματος εἴπω· μικροῦ γε, ἃ μάλιστά μ᾽ ἔδει πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, παρῆλθον*), tum vero testimonio dato adjecta illa *Τοῦτον μὲν τοίνυν κ. τ. ἑ.* —

Transimus ad § 315—331, in quibus orator demonstrare studet, quo modo Philippus ex bello non solum pacem, sed etiam exitium Phocensium legatis Atheniensium pretio corruptis effecerit. haec cum § 341—343,

Digitized by Google

in quibus etiam Philippi causa Aeschinis condemnationem postulat, minime coire (nam § 332—340 interpositas alio removendas jam intelleximus) apparet ex fine illarum, initio harum paragraphorum: (§ 331) *ταῦτ' οὖν μαρτύρων, ταῦτ' ἐλέγχων τινῶν ἔτι δεῖται μειζόνων; ταῦτ' ἀφαιρήσεταί τις ὑμῶν;* (§ 341) *Ὅτι δ' οὐ μόνον κατὰ τἄλλα, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸς αὐτὸν τὸν Φίλιππον πράγματα πανταχῶς συμφέρει τουτονὶ ἑαλωκέναι, θεάσασθε.* sed ne cum praeeuntibus quidem usque ad § 314 cohaerent. in scholiis sane hoc caput (§ 315—331) *ἀνακεφαλαίωσις* nominatur; et ex hac ut videtur opinione adeo *ἐπελθεῖν* (§ 315 init.), quod est in libris *Σ.* pr Laur S. *Ω. Υ. γρ Φ.* Lind. Aug 2, in aliis, sec m Laur S. F. *Φ.* Ven. Vind 4. *Π.* Mal. s. Aug 1. *κ.* Vind 1. Laur 8, mutatum est in *ἐπανελθεῖν*; et hoc inter recentiores Reiskius probavit „repetendi, recapitulandi, recapessendi a principio" sensu. sed mira est *ἀνακεφαλαίωσις* quae non quae antea dicuntur in breve contrahit contractaque animis judicum denuo inprimit, sed plane nova profert. neque si quis criminationes illas quinque § 4—8 ex ea eruere vellet, omnes inveniret, cum maligna temporum consumptio vix commemoretur § 323 aut ad summum ita, ut consiliis Philippi explicandis tantum inserviat, neglectio vero decreti hic prorsus non reprehendatur. at, fortasse quispiam dixerit, exponuntur, quae paulo ante § 313 breviter orator attigit, cum diceret *πάντα τὰ πράγματ' ἀπώλεσας*; et postquam interim § 314 superbia, qua Aeschines post maleficia in cives uti coeperat, sit vituperata, recte § 315 pergi orationemque conecti *ἐπανελθεῖν* verbo hic

Digitized by Google

significante ἐπανελθὼν ἐπιδεῖξαι; neque causam esse, cur Dobraeus advers. I. p. 442 suspicatus sit „τὴν Θόλον. **** Βούλομαι τοίνυν — Qu. an aliquid exciderit;" vim etiam habere quod in extremo epilogo Philippi legatorumque fraus, in qua tota causa versetur, novo modo aperiatur judicibusque inculcetur, praesertim cum speciosissime fiat. sane quidem in oratione c. Neaer., quae et habita est ab Apollodoro et scripta videtur, § 20 nihil relinqui puto nisi ita vocem accipere cum Fr. Lortzingio (de orationibus quas Demosthenes pro Apollodoro scripsisse fertur, p. 60). sed num Demosthenes eodem modo locutus sit, valde dubitandum est, cum praesertim hic ἐπελθεῖν verbum majorem auctoritatem habeat, neque ἐπὶ κεφαλαίων cum ἐπανελθεῖν conjungi posse videatur. tum ne mos quidem est oratorum veterum, argumenta criminum in fine orationis afferre, sed in confirmationis parte, quaecumque indicia et testimonia colligere possunt, quam optimo et efficasissimo ordine proferre, deinde, quam persuasionem in judicibus effecerint, eam porro servare omniaque, quae imminuere eam possint, solent prohibere. atque rursus hic in peroratione omnia jandudum ad exitum properare affectusque judicum vehementissime commoveri quivis sentit, neque hic locus esse potest tranquillioris et amplioris expositionis, qua finis epilogi, qui a § 312 manifesto incipit, tam impeditur et oneratur, quin etiam turbatur. nam ut orationem hiantem vidimus inter § 331 et 341, ita § 312—314. 341—343 bene cohaerere intelleximus in quibus orator clamet et majorum et civitatis ipsius et Philippi causa Aeschinem condemnandum esse. tantum

Digitized by Google

certe quivis concedet, caput hoc hinc removendum esse, si locus, ubi necessarium est, inventus erit.

Jam qua ratione Philippus per Atheniensium legatos in pace impetranda Phocensibusque opprimendis consilia sua executus sit omnesque Atheniensium res plane arcanum in modum everterit, orator § 315—331 palam facit; cur vero id faciat, ipse dicit § 329: *ὅτι γὰρ ταῦθ᾽ ἁπλῶς δεδωροδόκηνται καὶ τιμὴν ἔχουσιν ἁπάντων τούτων οὗτοι, πολλαχόθεν μὲν ἔγωγ᾽ οἶμαι δῆλον ὑμῖν εἶναι πάλαι, καὶ δέδοικα μὴ τοὐναντίον οὗ βούλομαι ποιῶ, σφόδρα ἀκριβῶς δεικνύναι πειρώμενος, διοχλῶ πάλαι τοῦτ᾽ αὐτοὺς ὑμᾶς εἰδότας.* ex his simul apparet in altera confirmatione (§ 102 [106]—177 init.) haec fuisse, aliaque firmamenta jam praeivisse. et est quidem locus quem quaerimus nullus alius quam post § 120, ubi *σημείοις* tantum in Aeschinem prolatis hunc ita sibi obicientem fingit orator: „*Καὶ τίς μου καταμαρτυρεῖ ..... δῶρα λαβεῖν*; ad quae respondet: *τὰ πράγματ᾽, Αἰσχίνη, ... πρὸς δὲ τοῖς πράγμασιν αὐτὸς αὐτίκα δὴ σὺ σαυτοῦ. ἀπόκριναι γὰρ δεῦρ᾽ ἀναστάς μοι.* haec per se firmamentum esse non posse, quod tamen Spengelius p. 559 voluit, auctor alterius argumenti intellexit, cum post quartum *τεκμήριον: καλούμενος ἐπὶ μαρτυρίαν, ἡνίκα Ὑπερείδης εἰςήγγειλε Φιλοκράτην, παρὼν οὐκ ἐφθέγξατο* statim ut quintum adjunxerit: *χειροτονηθεὶς πρεσβευτὴς ἐπὶ τὴν Φωκίδα πρὸς Φίλιππον ἐπὶ ταῖς ὑποσχέσεσιν ἀῤῥωστεῖν προςεποιήσατο. ἁλόντων Φωκέων μετὰ τὴν ἐξωμοσίαν ἀχειροτόνητος πορεύεται, ὅτε καὶ φυλάξασθαι αὐτὸν ἐχρῆν.* nam Demosthenem hic non tacite respicere, cum dicat

Digitized by Google

τὰ πράγματα, ad interitus Phocensium per collegas adducti expositionem § 29—71 (ad quam ipsam alteram demonstrationem, ex composito et mercede eum effectum esse, addi necesse duxit; cf. § 96 [102]—101 [105]), sed eum res illas jam persecuturum Aeschinemque coacturum in se ipsum testari ostendunt verba illa *ἀπόκριναι γὰρ δεῦρ᾽ ἀναστάς μοι.* neque vero in § 121 sqq. id fecit, quod fortasse opinio fuit argumenti alterius auctoris. nam ipsum initium harum paragraphorum *Πολλῶν τοίνυν καὶ δεινῶν ὄντων τῶν πεπραγμένων Αἰσχίνῃ τούτῳ καὶ πολλὴν κακίαν ἐχόντων, ὡς καὶ ὑμῖν οἴομαι δοκεῖν, οὐδέν ἐστιν οὗ μέλλω λέγειν, ὡς ἐγὼ κρίνω, δεινότερον, οὐδ᾽ ὅ τι μᾶλλον ἐπ᾽ αὐτοφώρῳ δεδωροδοκηκότ᾽ αὐτὸν καὶ πεπρακότα πάντ᾽ ἐξελέγξει* respicit ad *πεπραγμένα Αἰσχίνῃ* jam commemorata. hiat igitur oratio, ut jam Marklandus intellexit dicens: „Post haec verba nonnulla opinor deesse," cui Dobraeus advers. I p. 426 jure assensit. sed quod idem Dobraeus addit „forsan enthymema de Philocrate, quod refert Aeschines p. 29, 1—7" (*παράδοξος δέ μοι κἀκεῖνος ὁ λόγος ἐφάνη καὶ δεινῶς ἄδικος ὅϑ᾽ ὑμᾶς ἐπηρώτα εἰ οἷόν τ᾽ ἐστὶν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει Φιλοκράτους μὲν ϑάνατον καταψηφίσασϑαι, ὅτι καταγνοὺς ἀδικεῖν ἑαυτοῦ τὴν κρίσιν οὐχ ὑπέμεινεν, ἐμοῦ δ᾽ ἀπογνῶναι*), verum eum vidisse non puto. ad quod eruendum ipse jam aggrediar. Agitur primum de verbis *πρὸς δὲ τοῖς πράγμασιν αὐτὸς αὐτίκα δὴ σὺ σαυτοῦ* (sc. *καταμαρτυρήσεις*). *ἀπόκριναι γὰρ δεῦρ᾽ ἀναστάς μοι. οὐ γὰρ δὴ δι᾽ ἀπειρίαν γε οὐ φήσεις ἔχειν ὅ τι εἴπῃς.* haec jam veteribus negotia facessiverunt, ut ex scholiis ad hunc locum adscriptis

Digitized by Google

et ex Bekkeri anecdotis (*λέξεσι ῥητορικαῖς*) p. 208 apparet; in quibus ipsis explicationes inter se diversae temptantur, sed omnes sunt falsae praeter unam, haec una non satis facit. scholia enim haec sunt: „*ἀπόκριναι*] *δύο βήματα ἦν, τοῦ κατηγόρου καὶ τοῦ ἀπολογουμένου, καὶ τοῦ ἑνὸς λέγοντος ἐκαθέζετο ὁ ἕτερος, ἕως οὗ εἴπῃ.*“ (cf. c. Olympiod. § 31 *κἀγὼ ὦ ἄνδρες δικασταὶ σιωπῇ ἐκαθήμην ἐπὶ τοῦ ἑτέρου βήματος.*) „*τὸ δὲ ἀπόκριναι εἰπὼν οὐκ ἀπέδωκεν, ἀλλ' εὐθὺς πρὸς ἄλλο ἐτράπη. λέγομεν ὅτι πρὸς τὸ ἀνώτερον κῶλον ἀπέδωκεν οἷον· τίς ἡ πρόνοια αὕτη ἡ ὑπὲρ τοῦ Φιλοκράτους;*“ A. R. T. — „*ἀπόκριναι γὰρ δεῦρο*] *ἢ πρὸς τὸ ἀνωτέρω ἔχει τὴν ἀναφορὰν τοῦτο, ἢ*“ (*ἢ* del.) „*ὅτι τῶν ἄλλων πρέσβεων ἐχόντων πρόφασιν σὺ οὐδεμίαν ἔχεις τοῦ μὴ ὑπακοῦσαι· ἐπεὶ ἀπόκριναι, διὰ τί οὐχ' ὑπήκουσας καλούμενος;* (*τὸ δὲ ἀναστάς, ἐπειδὴ εἰς τὸ ἕτερον βῆμα ὁ κρινόμενος ἐκαθέζετο, ἕως ἂν πληρώσῃ τὸν λόγον ἐπὶ τοῦ ἑτέρου βήματος ὁ κατήγορος.*) *ἢ πρὸς τὸ νῦν ἀπόκριναι*“ (*ἀπόκριναι* del.) „*εἰρημένον· ἀπόκριναι ὅτι οὐ τὰ πράγματά ἐστι τῶν μαρτύρων πιστότερα.*“ T. C. V.; anecdotorum locus hic: *ἀπόκριναι γάρ μοι δεῦρο ἀναστάς· οὐ γὰρ δι' ἀπειρίαν ἀγνοήσεις ὅ τι εἴπῃς· οἱ μὲν τὸ ἀπόκριναί φασιν αὐτὸν εἰρηκέναι οὐκ ἐπὶ τῶν ἑξῆς πραγμάτων, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἤδη εἰρημένων, ἵνα μη ζητῆται ἡ ἐρώτησις. οἱ δὲ τὸ ἀπόκριναί φασιν εἶναι ἀντὶ τοῦ ἀπολόγησαι.* inter recentes Schaeferus difficultatem ita removere studuit: „Quod .... non sequitur *ἐρώτησις,* nemo mirabitur, qui meminerit oratorum morem verba ab alio ad alium abrupte subitoque convertendi. Adde quod conversionis causa hoc loco

satis justa fuit. Cum enim voce orantis post illa, *δῆλον ὅτι πάνδεινος εἶ τις,* paullum interquiescente, Aeschines dicto tam parum audiens esset, ut sedem non relinqueret propius accessurus ad suggestum, Demosthenes ad coronam conversus persequitur quae adversarium fuerat interrogaturus." hanc explicationem equidem non probo. nam primum ne scimus quidem num omnino licuerit reo ita interrogato tacere; tum si Aeschines re vera nihil respondit, Demosthenes id in suam rem vertere non praetermisisset, adversarii causam ex eo docens quam debilis et desperata esset; qualium verborum cum nihil nobis traditum sit, ea aliquando intercidisse tum putandum esset. at, dixerit quispiam, sunt nobis servata; Demosthenes ipse dicit § 121 *Πολλῶν τοίνυν καὶ δεινῶν ὄντων τῶν πεπραγμένων Αἰσχίνῃ τούτῳ, καὶ πολλὴν κακίαν ἐχόντων, ὡς καὶ ὑμῖν οἴομαι δοκεῖν κ. τ. ἑ.* sed ita non balbutit orator, ut Aeschinis silentium, si esset factum, non diserte commemorasset; immo consequitur ex hac transitione *τὰ πεπραγμένα Αἰσχίνῃ* alia ratione evicta esse. equidem sane per interrogationis formam disceptatum esse statuo Aeschinemque callidis et circumspectis Demosthenis interrogationibus, sicut mos erat (cf. ejus modi exempla apud Lys. *κατὰ Ἐρατοσθ.* § 24. 25. *κατὰ τῶν σιτοπ.* § 5. *κατὰ Ἀγορ.* § 30. 32. Bk. ed. Berol.) quaecumque ille responsa voluit, ea coactum respondere. *ἘΡΩΤΗΣΙΣ* igitur titulus mihi addendus videtur post § 120. tum vero non statim ad § 121 sqq. Demosthenem transgressum esse censeo, sed intericiendas § 315—331: *Βούλομαι τοίνυν ὑμῖν ἐπελθεῖν ἐπὶ κεφαλαίων, ὃν τρό-*

Digitized by Google

πον ὑμᾶς κατεπολιτεύσατο Φίλιππος, προςλαβὼν τούτους τοὺς θεοῖς ἐχθρούς· πάνυ δ' ἄξιον ἐξέτασαι καὶ θεάσασθαι τὴν ἀπάτην ὅλην κ. τ. ἑ. postquam enim orator ex adversario quae voluit expressit interrogationibus, quae cui inservirent ille nesciebat, vel si augurabatur eas effugere nequibat — puto autem praecipue has duas fuisse, num Aeschines cum collegis ex pacis quidem conditionibus Phocenses dixerit eximendos esse, sed a Philippo sine dubio, ut primum pacem adeptus sit, in societatem accitum iri; deinde num ex altera legatione reversus illas nimias spes in contione elocutus sit de Phocensium salute, de ultione Boeotorum, quaeque fuerunt relicua. cf. § 321. 324 et Aeschinis orat. § 79. 161, ubi hic Philocratis paci patrocinatum esse, § 136. 119, ubi promisisse se illa concedit — postquam igitur Aeschines ipse haec confessus est, reti quasi ex ejus responsis rebusque praeteritis texto inexplicabili illaqueatur, cum § 315—331 arcana Philippi consilia per hos legatos effecta detegantur et quae mala bonis illis ab Aeschine praedictis paucos post dies in Athenienses redundare coeperint proponatur. tum, cum auditorum animi hac versutia audita tamquam torperent, subitoque rursus indignatione atque ira incenderentur, ad initium, ubi Aeschinem testimonia finxerat culpae flagitantem, revertens ita clamat ad extremum: *ταῦτ' οὖν μαρτύρων, ταῦτ' ἐλέγχων ἔτι δεῖται μειζόνων; ταῦτ' ἀφαιρήσεταί τις ὑμῶν;* § 331. sed non his rationibus solum, verum etiam paragraphis sequentibus 121—133 valde commendatur haec collocatio; quin, ut videbimus, plane confirmatur. primum oratio aptis-

Digitized by Google

sime ita progreditur § 121: *Πολλῶν τοίνυν καὶ δεινῶν ὄντων τῶν πεπραγμένων Αἰσχίνῃ τούτῳ καὶ πολλὴν κακίαν ἐχόντων, ὡς καὶ ὑμῖν οἴομαι δοκεῖν, οὐδέν ἐστιν οὗ μέλλω λέγειν δεινότερον οὐδ' ὅ τι μᾶλλον ἐπ' αὐτοφώρῳ δεδωροδοκηκότ' αὐτὸν καὶ πεπρακότα πάντ' ἐξελέγξει.* tum temporum seriem oratio sequitur: tertiae legationis recusationem Aeschinis repentinamque ejus post Phocenses interemptos ad Philippum profectionem enarrat, ejusque societatem repraesentat festorum votorumque ob illam caedem a rege factorum; et quae pericula ab Aeschine in ipsos cives hoc festo una cum Philippo Phocensium victoria non contento a diis exorata postremo (§ 130) commemorantur, ea jam in regis prima futurarum rerum ratiocinatione praeparata esse dicuntur § 317: *ἦν δὲ οὐδὲν μᾶλλον μέγ' αὐτῷ καθ' ὑμῶν οὐδ' οὕτω πρᾶξαι, εἰ μὴ Φωκέας ἀπολεῖ.* simul vero in hac simplicitate oratio sine intermissione magis atque magis inflammatur et assurgit, initio cujusque membri quae antecesserant denuo semper complectens et, quae dicta sint, jam dicendis denuo promittens superatum iri. cf. § 121; et 126 *Καὶ τοιούτου τοῦ πράγματος ὄντος, ἔτι πολλῷ δεινότερά ἐστιν ἃ ἐκεῖσε ἐλθὼν διεπράξατο.* deinde multo major fit illo capite ante § 121 praemisso insequentis narrationis evidentia singulorumque verborum perspicuitas; cf. exempli gratia § 122 *ἔτι γὰρ τῶν πραγμάτων ὄντων μετεώρων καὶ τοῦ μέλλοντος ἀδήλου,* § 125 *ἐπειδὴ δὲ ..... τέλος εἶχε τὸ μίσθωμα .... τούτῳ.* quin talia antecessisse re vera hoc caput testantur, planeque id coarguit comprehensio criminum § 131 *Οὐκοῦν ᾤχετο μὲν παρὰ τὸν*

Digitized by Google

νόμον, ὃς θάνατον μὲν κελεύει τούτων τὴν ζημίαν εἶναι· ἐλθὼν δ' ἐκεῖσε ἑτέρων θανάτων ἄξια ποιῶν πέφανται· τὰ δὲ πρόσθεν πεπραγμένα καὶ πεπρεσβευμένα ὑπὲρ τούτων ἀποκτείνειεν ἂν αὐτὸν δικαίως. σκοπεῖτε τοίνυν, τί ἔσται τίμημα, ὃ ταύτην ἕξει τὴν ἀξίαν ὥστε τοσούτων ἀδικημάτων ἀξιόχρεων φαίνεσθαι. (cf. deinde etiam § 132 *τὸν ἁπάντων τῶν κακῶν αἴτιον, καὶ ὃν εἰλήφατ' ἐπ' αὐτοφώρῳ τοιαῦτα πεποιηκότα*, et § 133 *ὁρῶν Φιλίππῳ μὲν ὑμᾶς ὀργιζομένους, ὃς ἐκ πολέμου ποιούμενος εἰρήνην παρὰ τῶν πωλούντων τὰς πράξεις ἐωνεῖτο . . . . ., τουτονὶ δὲ ἀφιέντας, ὃς τὰ ὑμέτερα οὕτως αἰσχρῶς ἀπέδοτο.*) accedit quod ejus modi vestigia longe ultra hos terminos in posteriore oratione inveniuntur, in § 149 sqq. (nam § 134—149 med. loco quem obtinent exterminandas esse mox videbimus), quae vestigia ante hanc saltem paragraphum (149) caput illud positum fuisse vel magis vel minus probant: § 150 orator manifesto propterea, quia Phocenses quo modo succubuerint uno tenore narraverat, auditorum animos ad id tempus reducere studet, quo pax quidem facta, sed *οὐδὲν ἀνήκεστον ἦν τῶν πεπραγμένων*; § 152 *ὥστε . . . ὑμᾶς περὶ τῶνδε τῶν ἐγγὺς καὶ μειζόνων, λέγω δὲ Φωκέων καὶ Πυλῶν, οὐ προήσεσθαι*; § 153 *ὑμεῖς δ' ἐκείνου παραχρῆμα . . . . κλείσειν τὰ ἐμπόρια, καὶ χρημάτων τ' ἐν σπάνει καὶ τῶν ἄλλων ἐν πολιορκίᾳ πάλιν αὐτὸν καταστήσειν* (cf. § 315 *καὶ κεκλειμένων τῶν ἐμπορίων, ὥστ' ἀνόνητον ἐκεῖνον ἁπάντων εἶναι τῶν ἀγαθῶν*), *ὥστ' ἐκεῖνος ὁ δουλεύσων ἔμελλεν ἔσεσθαι τοῖς ἀπὸ τῆς εἰρήνης λυσιτελοῦσιν, οὐχ' ὑμεῖς*, quorum verborum extrema fortasse spectant ad § 331, in qua Hegesippi cum Phi-

Digitized by Google

lippo pacis emendandae causa negotia attigerat; § 161 in regrediente enumeratione: *καίτοι ταῦθ᾽ ὅταν ἐξελέγχωνται πάντα, τοὺς χρόνους ἀνηλωκότες, τὰ ἐν Θρᾴκῃ προειμένοι, μηδὲν ὧν ἐψηφίσασθε πεποιηκότες μηδ᾽ ὧν συμφέρον ἦν, τὰ ψευδῆ δεῦρ᾽ ἀπηγγελκότες, κ. τ. ἑ.*; § 177 in totius confirmationis *ἀνακεφαλαιώσει: ἐπέδειξα οὐδὲν ἀληθὲς ἀπηγγελκότα ἀλλὰ φενακίσανθ᾽ ὑμᾶς, μάρτυσι τοῖς γεγενημένοις αὐτοῖς, οὐ λόγοις χρώμενος*, per quae verba etiam collocatio illius capitis statim post § 120 fulciri videtur, quamquam res illius capitis simul cum rebus paragraphorum 34 sqq. hic conectuntur; § 179. 180 *οὐ μόνον Φωκέας, ἀλλὰ καὶ Θρᾴκην προδέδωκε Φιλίππῳ ..... ἃ συναμφότερα οὗτοι πεπράκασιν αἰσχρῶς καὶ καθ᾽ ὑμῶν ἐγκεχειρίκασι Φιλίππῳ*; denique huc trahenda sunt, ut videbimus, § 134 *εἰ γὰρ ὁ τῆς εἰρήνης χρήματ᾽ ἀναλώσας ὥστε τυχεῖν* (cf. 316). ad omnia haec accedit, quod nihil in § 315—331 invenitur, quod non ante § 120 quo referatur habeat. obstare quidem videtur § 323 *ἐγὼ δ᾽, ὥσπερ ἀκηκόατ᾽ ἤδη πολλάκις, οὐχὶ δυνηθεὶς* (sc. *φαίνομαι*) *προαπελθεῖν, ἀλλὰ καὶ μισθωσάμενος πλοῖον κατακωλυθεὶς ἐκπλεῦσαι*, cum id § 51 tantum ante § 120 commemoretur (*οὐδ᾽ ἂν ἐμέ, ἡνίκα δεῦρο ἀποπλεῖν ἐβουλόμην, κατεκώλυεν*). sed ne usquam quidem amplius idem in oratione commemoratur, neque illud asseverare tantum erat facinus. (cf. orat. in Phaenipp. § 14 (!) *οὗτος δὲ ὅπερ καὶ μικρῷ πρότερον* (!) *εἶπον, πρῴην ἔδωκέ μοι βιβλίον.*)

Quae cum ita sint, Spengelii sententiam refellere non erit difficile. postquam enim p. 563 seq. tolerari

non posse § 134—149 med. (usque ad *ἀλλὰ νὴ Δία τοὺς συμμάχους ἀπειρηκέναι φήσει τῷ πολέμῳ*) ante § 149 extr. (*ὅτι γὰρ ταῦθ' κ. τ. ἑ.*) — 181 atque hinc eiciendas docuit: ut in lacunam illam (ita enim loquitur) § 315—331, quae paene ejusdem atque ejectae paragraphi voluminis sint[1]), iniciantur suadet p. 567 sq., ita ut lacuna ad partem expleatur. animadvertendum esse praeterea quod post § 133 *ὁρῶν Φιλίππῳ μὲν ὑμᾶς ὀργιζομένους, ὃς ἐκ πολέμου ποιούμενος εἰρήνην παρὰ τῶν πωλούντων τὰς πράξεις ἐωνεῖτο, πρᾶγμα πολλὴν συγγνώμην ἔχον διαπραττόμενος* apte ita transeatur § 315 *Βούλομαι τοίνυν ὑμῖν ἐπελθεῖν ἐπὶ κεφαλαίων, ὃν τρόπον ὑμᾶς κατεπολιτεύσατο Φίλιππος προςλαβὼν τούτους τοὺς θεοῖς ἐχθρούς.* deinde § 331 *ταῦτ' οὖν μαρτύρων, ταῦτ' ἐλέγχων τινῶν ἔτι δεῖται μειζόνων; ταῦτ' ἀφαιρήσεταί τις ὑμῶν;* post lacunam continuatum iri primum § 149 *ὅτι γὰρ ταῦθ' οὕτω πέπρακται, καὶ ἐκ τῶν ἐπιλοίπων ἔτι μᾶλλον εἴσεσθε* verbis. hanc sententiam Voemelius probavit. sed, ut ex eis apparet, quae modo disputavimus, Spengelius non modo, quae in § 120—133 prima esse debent, ultimo in loco collocat, sed, quae antecessisse illa enumeratio § 131—133 flagitat, post hanc ita ponit, ut appendix omni vi carens fiat. neque post § 331 extr., ubi Aeschinem sese Philippo vendidisse nulla amplius demonstratione egere diserte elatum est, pergi potest *ὅτι γὰρ ταῦθ' οὕτω πέπρακται, καὶ ἐκ τῶν ἐπιλοίπων ἔτι μᾶλ-*

[1]) Apud Spengelium p. 567 ult. numeri versuum 142 et 153 inter se sunt commutandi.

Digitized by Google

λον εἴσεσθε. neque ulla lacuna est, quam Spengelius non statuisset, nisi aliud per § 134—149 med. extrusum esse animo antecepisset. immo capite illo post § 120 collocato bene post § 133 *Φιλίππῳ μὲν ..... ὃς ἐκ πολέμου ποιούμενος εἰρήνην παρὰ τῶν πωλούντων τὰς πράξεις ἐωνεῖτο, ..., τουτονὶ δὲ ..... ὃς τὰ ὑμέτερα οὕτως αἰσχρῶς ἀπέδοτο,* quibus verbis tota inde a § 120 argumentatio respicitur, continuo sequuntur illa verba § 149 extr.. ad testimonia enim illa proditionis nova argumenta accessura dicuntur ex legatione propter jus jurandum suscepta. quibus omnibus deinceps propositis, denique repetita criminum quae jam omnia evicta sint enumeratione tota confirmatio bene concluditur. —

Sequitur ut de § 134—149 med. *Τάχα τοίνυν ἴσως καὶ τοιοῦτος ἥξει τις λόγος — ἀλλὰ νὴ Δία τοὺς συμμάχους ἀπειρηκέναι φήσει τῷ πολέμῳ* disseramus, quae cur removenda sint Spengelius jam optime exposuit omniaque confecit. continent duas praeoccupationes integras: unam, non inimicitias legatis condemnatis cum Philippo orituras esse, immo amicitiam utilem; intellecturum enim Philippum, penes quem summa rerum sit, populumque ipsum culturum; id Persarum regem erga Athenienses fecisse Timagora legato interfecto, id Thebanorum legatis corrumpi sese non patientibus Philippum ipsum erga Thebanos; alteram hanc, non, quia bellum male gestum sit, coactos esse legatos pacem malam inoptatamque facere; nam ut civitas victa sit, cur Aeschinem, ut illa suis desisteret, insuper accepisse dona? at ne fuisse quidem Philippo Thebanisque in-

Digitized by Google

feriores Athenienses Phocensesque socios, sed eorum res per bellum servatas in pace a legatis esse venditas. haec praeoccupatio posterior cum priore arte cohaeret conparatione Thebanorum legatorum integritatis corruptelaeque Atheniensium. Jam si earum locum examinamus, ab iis primo oculorum obtutu altera refutatio incipere, antea vero altera, quae § 102 (106) initium ceperat, confirmatio § 131—133 finiri alicui videatur. sed si id statuitur, § 149 extr. — 177 init., in quibus demum altera legatio enarratur, atque tempus ab Aeschine ejusque collegis in Macedonia tritum mandataque civitatis contempta, utrumque autem mercede factum esse ostenditur, et § 177 extr. — 181, in quibus criminationes initio orationis indicatae quippe quae jam commonstratae sint repetuntur — haec igitur tota gravissima orationis pars cum levi anteoccupatione § 147—149 med. conflata erit, vel adeo huic adjuncta tantum instar appendicis qua ultima capitis § 133 — 149 init. verba *τὰ δ' ὑμέτερα οὗτοι πεπράκασιν* vera esse demonstrentur, siquidem multorum hominum recentiorum opiniones sequeremur. hi enim *ἀλλὰ νὴ Δία τοὺς συμμάχους ἀπειρηκέναι φήσει τῷ πολέμῳ* verba, postquam Hieron. Wolfius „aut haec objectio abundare" inquit „aut refutatio ejus abesse videtur," priorem ejus sententiam amplexi aut, ut Marklandus, Dobraeus[1]), Turicenses, Dindorfus ed. Oxon., Bekkerus ed. Lips., deleverunt aut, ut Reiskius et Bekkerus ed. Berol., uncis incluserunt. Arnoldus

[1]) Videtur enim Dobraeus haec verba intellegere, cum dicat ad Mid. p. 562, 19 »... Notula rhetorica, qualis in F. L. p. 387, 25.«

quoque Schaeferus addit. p. 66 ea eicienda putavit ita loquens: „Sie bringen keinen neuen Einwurf, sondern beziehen sich auf das eben gesagte (148 f. S. 387, 5—19), wo Demosthenes nachweist wie sehr die Phokier im Felde überlegen gewesen seien. Die Worte sind beigeschrieben in Hinblick auf Dem. Ol. 3, 8. S. 30, 27 *ἀπειρηκότων δὲ χρήμασι Φωκέων*, vgl. 1, 26. S. 16, 21, und drücken das Bedenken eines Lesers aus." sed vix lectori cuiquam ejus modi objectio in mentem venerit, aut, si venit, certe non addita *νὴ Δία* formula adscripserit. profecta sunt verba a Demosthene ipso. quod vero auctor scholii: „*Προῆκται δὲ (ἡ ἀντίθεσις) μετ' εἰρωνείας*" inquit „*ὡς εἰ ἔλεγεν· ἀλλ' ὅμως φανερῶς οὕτως ἡττηθέντων Θηβαίων τολμᾷ λέγειν Αἰσχίνης ὅτι ἀπειρήκασι Φωκεῖς τῷ πολέμῳ, καὶ οὕτως ἡ ἀντίθεσις διὰ τὴν τῆς τάξεως εὐκαιρίαν ἑαυτὴν λύει,*" eae ineptiae sunt argutae. nam etiamsi Phocenses Thebanorum victores fuisse orator dixerat, tamen eos caedibus vastationibusque hostibus prius defatigatos belli pertaesum esse fingere potuit Aeschinem sibi objecturum. ne hujus quidem menti ita alienum tale fuisse docet § 131 ejus defensionis: *τὸ γὰρ αὐτὸ ηὔξησέ τε τῶν ἐν Φωκεῦσι τυράννων τὰ πράγματα καὶ καθεῖλε· κατέστησαν μὲν γὰρ εἰς τὴν ἀρχὴν τολμήσαντες τῶν ἱερῶν χρημάτων ἅψασθαι καὶ διὰ ξένων τὰς πολιτείας μετέστησαν, κατελύθησαν δ' ἀπορίᾳ χρημάτων, ἐπειδὴ κατεμισθοφόρησαν τὰ ὑπάρχοντα.* itaque una vera est posterior Wolfii sententia, quam jure Spengelius defendit Voemeliusque quoque accepit, refutationem objectionis deesse. in hanc jam ante Wolfium inciderant, qui

Digitized by Google

in Meerm. libro *λείπει* et in libris Taylori *δοκεῖ λείπειν ἐνταῦθα πολλά* adscripserunt ad hunc locum; neque ab ea Reiskius alienus fuit. utrum vero haec objectio tertia fuerit duabus prioribus paris momenti, an alteri tantum subjuncta, equidem non discernam. Sed non a sequentibus solum illud caput abhorret, sed etiam a praemissis. id ostendit ejus initium *Τάχα τοίνυν ἴσως καὶ τοιοῦτος ἥξει τις λόγος παρὰ τούτων, ὡς ἀρχὴ γενήσεται πρὸς Φίλιππον ἔχθρας,* quod ita dictum est, quasi jam alius *λόγος,* i. e. alia objectio antecesserit. neque ne concluserit quidem quisquam alteram confirmationis partem et per hanc rursum confirmationem totam his verbis § 131: *σκοπεῖτε τοίνυν, τί ἔσται τίμημα, ὃ ταύτην ἕξει τὴν ἀξίαν ὥστε τοσούτων ἀδικημάτων ἀξιόχρεων φαίνεσθαι.* duae enim quae sequuntur interrogationes § 132 *πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν κ. τ. ἑ.* et § 133 *καὶ τίς οὐ δικαίως ἂν ὑμῖν ἐγκαλέσειε κ. τ. ἑ.* ad exaggerandum tantum culpam proferuntur. Apparet igitur, ut ad § 102 (106)—120. 315—331. 121—133 bene trahi possunt § 149 extr.—177. 177—181, in quibus § 149 extr. *ὅτι γὰρ ταῦθ' οὕτω πέπρακται κ. τ. ἑ.* verbis apte paragraphum 133 continuari vidimus, ita § 134—149 med. ex mediis eis esse exterminandas.

Delere autem eas propterea, quia orator in fine (§ 341) rursus ad amicitiam post Aeschinis supplicium cum Philippo futuram et antea § 332—336 ad culpam in duces non transferendam sese vertat, nemo opinor in animum inducet, praesertim si reputaverit § 314 *εἶτα γεωργεῖς ἐκ τούτων* ad § 145 *ἀλλ' ἐν τῇ τῶν ἀπολωλότων συμμάχων χώρᾳ κτήματα καὶ γεωργίαι παμ-*

Digitized by Google

πληθεῖς (cf. etiam § 275 ult.) respicere, quibus verbis omissis simul orator criminatione uti ultro praetermisisset. praeterea Atheniensium legatorum cum Thebanorum conparatio gravissima est. atque § 301 *ἐὰν τῶν μὲν* (Eubulus intellegitur) *μὴ ἐθέλητε ἀκούειν τοῖς τοιούτοις συνηγορούντων, ἀλλ' ἐπιδείξητε ἀκύρους ὄντας ὑμῶν (νῦν γάρ φασιν εἶναι κύριοι), τὸν δὲ κ. τ. ἑ.* colorem quendam accipiat praemissis § 134—149 med., cum similiter, ut § 295—297 clandestinam Eubulo cum Aeschine consiliorum societatem esse orator significat, hic auditores quae § 136—138 dixerat meminisse cogat. Atqui fuisse illas praeoccupationes secundae refutationis, quae non ut maximam partem prior ad singulas criminationes, sed ad totam litem spectat, perspicuum est et ex objectionibus et ex earum refutationibus; auctoresque scholiorum jam harum praeoccupationum genus intellexerunt earumque locum excusari necesse putarunt: *Τάχα τοίνυν ἴσως] ἀντίθεσις τῶν ἐπιλόγων (ἐπιλογικῶν?). κεχώρισται δὲ τῶν ἀγωνιζομένων. ἀντιθέσεις γὰρ ἐλέγομεν (λέγομεν?) κυρίως τὰ πρὸς αὐτὰ τὰ κρινόμενα ἐξεταζόμενα, ἐπιλογικὰς δὲ ἀντιθέσεις τὰς ἀπὸ ποιοτήτων ἐπιλογικῶν πιστουμένας. ἔστιν οὖν ἀπὸ τοῦ συμφέροντος ἡ ἀντίθεσις. — ἀντίθεσις ἐπιλογικὴ κ. τ. ἑ. — ἀπὸ τοῦ συμφέροντός ἐστιν ἡ ἀντίθεσις ..... ἀλλ' ἐπειδήπερ οἱ ἐπίλογοι ἐκ τῶν τελικῶν κεφαλαίων λαμβάνονται, διὰ τοῦτο πολλάκις ἐκ τούτων ἐπιλογικαί τινες ἐμπίπτουσιν ἀντιθέσεις ἐν στοχασμῷ καὶ ἐν ὅρῳ, ἤδη δέ που καὶ ἐν ἑτέραις στάσεσιν.* notandum praeterea, quod corruptela legatorum ut jam demonstrata cogitatur: § 138 *ζητῇ* (*Φίλιππος*) *πόλλ' ἀναλίσκειν, ἐξὸν ἐλάττω;*

Digitized by Google

§ 141 *ἠλίκον ἐστὶ τὸ μὴ πωλεῖν τὰ τῆς πόλεως*, § 142 *δόξης ἣν οὗτοι χρημάτων ἀπέδοντο*, § 147 *εἰκότως χρήματα εἰλήφεσαν* et *τίνος ἕνεκα ..... ἐπὶ τούτοις οὗτος δωρεὰς προςλαβὼν φαίνεται*, § 149 *τὰ δ' ὑμέτερα οὗτοι πεπράκασιν*. unam vero praesumptionem saltem eis antecessisse vidimus. Mihi igitur circumspicienti unice ad eas recipiendas aptus locus visus est post § 187. quod enim eis hic collocatis mox post § 187 *Ἔστι τοίνυν τις πρόχειρος λόγος πᾶσι τοῖς ἐξαπατᾶν ὑμᾶς βουλομένοις „οἱ ταράττοντες τὴν πόλιν, οἱ διακωλύοντες Φίλιππον εὖ ποιῆσαι τὴν πόλιν"* sequetur § 134 *Τάχα τοίνυν ἴσως καὶ τοιοῦτος ἥξει τις λόγος παρὰ τούτων, ὡς ἀρχὴ γενήσεται πρὸς Φίλιππον ἔχθρας, εἰ τῶν πρεσβευσάντων τὴν εἰρήνην καταψηφιεῖσθε*, non offendet. nam si epistularum Philippi recitatio longa erat, vix quisquam *λόγον* repetitum animadvertebat; si brevior, ut animadverti posset, etiam pulcrum erat. oppositio enim § 134—149 med. insertis existet. neque neglegenda est in hac oppositione simul summa sententiarum concinnitas partiumque concentus spiritu orationis gradatim assurgente. primum enim Demosthenes Aeschinem sibi obicientem fingit se omnesque bello faventes prohibuisse ne Philippus bene faceret civitati. quod consilium ne induxisse quidem regem in animum solam ejus epistularum recitationem temporumque, quibus quaque re Athenienses defraudarit, commemorationem satis arguere orator putat. tum ad contrarium perfugientem facit adversarium, legatis damnatis inimicitias cum Philippo futuras esse. at amicitiam potius utilem orituram Demosthenes evincere se posse confidit.

Digitized by Google

Aeschinem enim re vera ejusque socios, Philippum adulantes eique morigerantes, populum autem Atheniensium calumniantes regi persuasisse eum per ipsos quaecumque vellet apud populum impetraturum, eumque ad illud tempus usque impedivisse ne hunc ipsum coleret. id Thebanorum legatos demonstrare, qui ne ullo quidem modo sese corrumpi sinentes neque sua commoda ab totius civitatis separantes summa beneficia regem in Thebanos conferre coegissent. qua legatorum conparatione simul Demosthenes auditores ut optimam de se ipso existimationem summamque in se benevolentiam concipiant impellit. suam enim integritatem paullo ante § 166—177 init. exposuerat. quo fieri non potuit, quin auditores sese pari atque Thebanos fortuna frui potuisse sentirent, si ceteri legati Demosthenis similes fuissent. itaque in hos ipsos culpam vertit retrorsum a se ipso et a sociis bello studentibus. tum refugium Aeschini se praebet ultimum § 147 *Οὐ τοίνυν θαυμάσαιμ᾽ ἂν εἰ καὶ τοιοῦτό τι τολμήσει λέγειν, ὡς οὐκ ἦν καλὴν οὐδ᾽ οἵαν ἠξίουν ἐγὼ τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι, κακῶς τῷ πολέμῳ τῶν στρατηγῶν κεχρημένων.* sed a ducibus quoque perniciosae pacis culpam removet rursusque in viles legatos reicit. deinde sequitur objectio illa Atheniensium socios bellandi saturitate captos fuisse, cujus refutatio deest. sed eam non ita longam[1]) opinor fuisse,

[1]) Spengelius non minus conjecturam facit, cum dicat p. 570: »Dagegen kann § 6« (in Aeschinis defensione) »die Vergleichung des Aeschines mit dem Philocrates und § 10 mit Dionysius, endlich der Traum der Priesterin, sowie wenn sonst etwas aus dieser Rede angeführt wird« (citat exemplum corruptum apud Alexandr. de fig. (Rhet. Gr. VIII, 482

Digitized by Google

vel certe tacitam illam Demosthenis ceterorumque legatorum in altera legatione fungenda conparationem per hanc refutationem vel omnino per partem orationis amissam perductam fuisse, ita ut optime § 188 *Οὕτω τοίνυν αἰσχρὰ καὶ πολλὰ καὶ πάντα καθ' ὑμῶν πεπρεσβευκὼς περιιὼν λέγει „τί δ' ἂν εἴποις περὶ Δημοσθένους, ὃς τῶν συμπρέσβεων κατηγορεῖ;" νὴ Δί', εἴτε βούλομαί γ' εἴτε μή, παρ' ὅλην μὲν τὴν ἀποδημίαν ὑπὸ σοῦ τοιαῦτα ἐπιβεβουλευμένος, δυοῖν δ' αἱρέσεως οὔσης μοι νυνί, ἢ τοιούτων ὄντων τῶν πεπραγμένων δοκεῖν κοινωνεῖν ὑμῖν, ἢ κατηγορεῖν* sequeretur[1]), oratorque et jus et officium suum accusandi auditoribus jam indignatione Aeschinis repletis facile probaret. tum ab omni ipsarum criminationum defensione Aeschines exclusus hoc ipsum accusationis jus infirmare fingitur conari (§ 202): Demosthenem omnium scelerum participem fuisse nuper-

W.): *καὶ γὰρ κατ' ἀναστροφὴν συλλαβῶν καὶ μορίων γίνεται (τὸ ὑπερβατόν), ὡς ἔχει „λέων κατὰ ταῦρον ἰδηδώς" καὶ Δημοσθένης κατὰ τοῦ* (!) *Αἰσχίνου οὗτος μὲν τὸν 'Αξιόχου οὐδ' ἕνα δ' ἄλλον,* quod num omnino ad Demosthenis orationem referendum sit, dubitem), »in einer der andern nicht mehr erhaltenen *προκαταλήψεις* der nachgewiesenen Lücke gestanden haben.«

[1]) Ut oratio tradita est, transitus a § 187 ad § 188 paullo abruptior est. itaque Dobraeus jam scripsit advers. I. p. 431: »*Ἔστι τοίνυν τις πρόχειρος λογος*] Vel luxata vel mutilata videntur, quae hic sequuntur« praeterea § 188 *παρ' ὅλην τὴν ἀποδημίαν ὑπὸ σοῦ τοιαῦτα ἐπιβεβουλευμένος* nunc trans praeoccupationes refutationis duas enumerationemque confirmationis amplissimam ad § 174. 175 referendum est. quamquam certi aliquid ex § 187. 188 *ipsis* statui nequit, quia orator in *ὑπομνήσει τῶν καιρῶν ἐφ' ὧν ἕκαστα 'Αθηναῖοι ἐξηπάτηνται* (§ 187) nonnulla commemorare poterat, quibus oratio concinnior fiebat.

Digitized by Google

que repente commutatum accusatoris partes suscepisse. sed etiam hoc ei eripitur (§ 202—214), et cum ita litem profligare non potuerit, nihil relicuum est, nisi ut ex ea postremum conetur effugere, tertium in duces et quidem post Demosthenem unum in unum ex eis sed maximum offensionumque plenissimum, in Charetem, sese vertens. at ultimum refugium ilico ei occluditur oratorque eum id hanc tantum ob causam temptantem facit ut epilogus totius argumentationis, qui jam § 215 orsus erat, pulcherrimum vehementissimumque finem, prioris partis fini (§ 91 [92]—97 [101]) similem, capiat.

Ita mihi omnia et sententiis et sermone bene procedere videntur. Voemelius vero § 134—149 med. post § 233 ponit. nam „Praeoccupatio" inquit „§§. 134—149, non timendum esse ne Philippi inimicitia contra Athenas exoriatur ex Aeschinis condemnatione, optime adnectitur ad caput 233 finiens, ubi Aeschinem esse condemnandum exponitur." Sed cum jam viderimus § 234—236 in media § 233, atque § 332—340 ante § 237 ponendas esse, mihi quaerendum esse puto, num forte § 134—149 med. inter § 233 extr. et § 332 locum habere possint; i. e. utrum collocandae sint ante § 188—233. 234—236. 233 an post has. nam tertium in oratione esse locum iis aptum non credo. Atque primum quod Voemelii rationem attinet, cum jam § 179 in fine totius confirmationis dictum sit *οὐκοῦν ἡλωκέναι προσήκει παρά γε νοῦν ἔχουσι δικασταῖς· εἰ γὰρ ἄλλο μηδὲν ἠδίκει, δύο τῶν πεπραγμένον (Φωκέων καὶ Θρᾴκης πρόδοσις) ἔσθ' ἱκανὰ αὐτὸν ἀποκτεῖναι,* in tota sequente refutatione illi praeoccupationi § 134 locus assignari

Digitized by Google

potest, dummodo aptus ejus cum parte quaecumque prior fit nexus existat; qui nexus post § 187 mihi quidem multo concinnior videtur esse, quam post § 233. deinde fortasse aliquis laudet quod § 134—149 med. ante § 332—336 collocatis bis tantum in oratione mali duces commemorentur et quidem aptissimis locis, priore parte argumentationis et tota argumentatione exeuntibus. sed quamvis brevis fuisse pars illa nobis non servata putetur, tamen verba in malos duces universos et in Charetem separatim conjecta interrumpentur praeoccupatione hac *ἀλλὰ νὴ Δία τοὺς συμμάχους ἀπειρηκέναι φήσει τῷ πολέμῳ;* deinde Charetis accusatio melius *πρᾶγμα καινότατον πάντων* (§ 332) dicatur, si quid generis diversi antecesserit, quam si paullo ante omnium imperatorum culpa commemorata sit; contra Charetis accusationi accusationem Demosthenis modo praeivisse eo confirmari videtur, quod § 335 post *οὐ στρατηγῷ δικάζομεν, οὐ περὶ τούτων κρίνῃ. μὴ λέγε εἴ τις αἴτιός ἐστι καὶ ἄλλος τοῦ Φωκέων ὀλέθρου, ἀλλ' ὡς οὐ σὺ αἴτιος δεῖξον* sequitur *τί οὖν, εἴ τι Δημοσθένης ἠδίκει, νῦν λέγεις, ἀλλ' οὐχ ὅτε τὰς εὐθύνας ἐδίδου κατηγόρεις; δι' αὐτὸ γὰρ εἶ τοῦτο ἀπολωλέναι δίκαιος,* et post hoc rursus ad pacem orator sese vertit, quam commemorare adversarium § 333 (*οὐδὲ τοῦ ποιήσασθαι τὴν πόλιν εἰρήνην* [*Αἰσχίνην αἰτιῶμαι*]) vetuerat. quin etiam consulto ter mala belli administratio Aeschini ab oratore praesumitur; et quidem alterum quoque ante § 188 idoneo fit loco, cum antea litem Aeschines omnino impugnet, postea, quod ejus auctor collega suus exstiterit. atque adeo, si § 134—149 med. post § 233 poneremus,

aequabilitatem fortasse ab oratore quaesitam deleremus, quod et incipit (§ 31—33) et finitur (§ 188—233) tota argumentatio jure et officio accusationis confirmando (cf. similis quae intercedit inter § 9—16 et 302—309 ratio). denique in § 134—149 med. argumentatur potius auctor, in praeoccupationibus ipsis novas criminationes afferens, quam perorat. —

Ita posteriorem orationis partem in veram formam mihi redactam esse persuasum habeo, negotiumque meum absolutum esset, nisi prior quoque pars, quam Spengelius p. 562 ordine procedere dicit, capitum disjectione laboraret. § 78. 79 enim et § 80—82 inter se mutandae sunt. nam quod Spengelius p. 559 § 83—87, in quibus magna pericula post Phocensium interitum exorsa describuntur, et § 80—82, in quibus objectio Aeschinis reicitur mirantis cur nemo Phocensium ipsorum se accuset, unam praeoccupationem fecit, erraverit. § 83 enim *Καὶ μὴν ὅτι χωρὶς τῆς ἄλλης αἰσχύνης καὶ ἀδοξίας, ἣν τὰ πεπραγμένα ἔχει, καὶ μεγάλοι κίνδυνοι περιεστᾶσιν ἐκ τούτων τὴν πόλιν, ῥᾴδιον δεῖξαι,* quae ipsa verba praeoccupationis initio carent, spectant ad § 79 *εἶτα καὶ νῦν ἐν μείζονι κινδύνῳ τὴν Χεῤῥόνησον οὖσαν εὑρήσετε ἢ τότε κ. τ. ἑ..* de qua re jam auctor scholii aliquid sensit ita loquens: *Καὶ μὴν ὅτι χωρίς] ἐνταῦθα ἀκολουθία σώζεται πρὸς τὴν λύσιν τῆς ἀντιστατικῆς ἀντιθέσεως. τῆς γὰρ λύσεως λεγούσης μετὰ τὴν εἰρήνην γεγενῆσθαι τὴν ἅλωσιν, ἀκολούθως ἐζήτησεν ὁ Αἰσχίνης, εἰ τοίνυν ἔγωγε τοὺς Φωκέας προδέδωκα, ὡς σὺ φής, τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐλθόντες αὐτοὶ κατηγοροῦσιν; ἡ μέντοι ἀντίθεσις Αἰσχίνου τοῦτο ἐβούλετο λέγειν, ὅτι χρησιμώτερον ἡ*

Digitized by Google

Χεῤῥόνησος Φωκέων τῇ πόλει· οὐκοῦν πρὸς τοῦτο ἀπαντῶν ὁ Δημοσθένης δείκνυσι τοὐναντίον, ὅτι χρησιμώτεροι Φωκεῖς ἦσαν μᾶλλον τῇ πόλει. εἶτα ἐπείδηπερ ἀντέπιπτεν ὅτι ἀσθενεῖς ἦσαν Φωκεῖς, ἐκ τῆς θέσεως καὶ τοῦ τόπου καὶ τῶν τότε συμβεβηκότων πολέμων αὔξει τὴν δύναμιν κ. τ. ἑ.; et collocanda quidem sunt illa verba statim post haec. quo facto etiam ordo objectionum aptissimus fiet: § 72 „Non ego Phocenses in perniciem adduxi, sed Lacedaemonii, sed se ipsi, sed Hegesippus;" § 80 „Si adduxi, cur Phocenses ipsi me non accusant?" § 78 „Adduxerim quidem; sed Chersonesus civitati superest" (et sequentur haec post § 82 *μὴ δὴ ταῦτα λέγειν αὐτὸν ἐᾶτε, ἀλλ' ὡς οὐκ ἀπολώλασι Φωκεῖς δεικνύναι, ἢ ὡς οὐχ ὑπέσχετο σώσειν αὐτοὺς Φίλιππον*); § 88 „*Οἶδα τοίνυν ὅτι τοὺς μὲν ὑπὲρ τῶν κατηγορημένων αὐτοῦ λόγους Αἰσχίνης φεύξεται, βουλόμενος δ' ὑμᾶς ὡς ποῤῥωτάτω τῶν πεπραγμένων ἀπάγειν διέξεισιν ἡλίκα πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγαθὰ ἐκ τῆς εἰρήνης γίγνεται*" *κ. τ. ἑ.* —

Hac disputatione genuinam mihi orationis formam rursus protulisse videor, quae non jam *ἀνοικονόμητος* sit neque *διεῤῥιμμένη*, sed summa perfectissimaque arte. atque permirum esset, si Demosthenes non diligentissime atque consideratissime hanc orationem conposuisset; nam omnium malorum, quae in rem publicam ex pace manaverant, Aeschinem praeter ceteros auctorem fuisse morteque puniendum esse per hanc ei propositum erat civibus persuadere; atque affatim tempus suppetebat, antequam causa acta est. nam actam esse orationemque habitam jam constat; cf. A. Schaefer II. p.387—390

et ejus in additam dissert. laud.. quin soli de corona orationi hanc orationem cedere equidem censeo, neque id elocutione quae in utraque pari est arte, sed materia ipsa. nam aeque quidem utrique causae quanta vis esset et quam late pateret perspexit et proposuit et quaecumque usui esse poterant invenit optimeque ad consilium suum ordinavit; sed causae diversissimae erant. Ctesiphonteam enim moverat Aeschines privatarum cum Demosthene inimicitiarum odiique causa, ab eoque hic cogebatur totam suam defendere vitam, quam qualis fuisset res per multos annos gestae testabantur ipsae civesque agnoverant summam oratori in re publica auctoritatem concedentes, atque quae consilia consecutus esset ipse optime explanare poterat. Aeschineam autem ipse instituerat patriae quidem amore, sed accusabat hominem aetate majorem, cui usque ad pa illam Philocrateam nihil exprobrare poterat, cui F qui tum rei publicae praeerat, favebat; atque destina fraude detegenda indicia paene s poterat, quibus quo magis artificiose utebatur ad crim in clarissima luce ponendum, eo suspiciosiorem judicibus fieri ejus orationem necesse erat. quapropter non est mirum illa oratione etiam infirmitatem causae obscurare eum potuisse, hac Aeschine inferiorem discessisse hominem agente simplicem sed dolos minime repudiante. At tamen summa non potest non tribui ars orationi, magisque haec etiam apparebit, cum dispositionem totius orationis proponemus. sed antea paucis ultimo philologi officio perfungemur, originem perturbationis qu possumus indagantes.

Digitized by Google

Atque orationem non a Demosthene ipso editam esse consequitur ex paragraphorum 234—236 loco. casu enim non potest factum esse ut hoc caput quod adversarii oratione habita demum conscriptum est non suo loco collocaretur; sed post litem ab oratore in una scheda exaratum interque proximas schedas insertum ab alio neglegentiore videtur editore falso loco retentum esse. neque ignoro mihi objectum iri, quod orator illud caput addidit, id eum demonstrare orationem in publicum editurum fuisse. sed qua tandem ratione, si casum excludimus, collocatio illa explicari potest? neque pro Demosthenis moribus ita veri est dissimile continuo eum post causam actam astutia adversarii exacerbatum orationem in animum induxisse nonnullis verbis mutandis emittere, tum vero refrigeratum et taedio ob ..m caecitatem affectum consilio destitisse. atque ...si ab alio .e schedis orationem divulgatam po...terae quoque partes qui fieri potuerit ut disi...lius intellegitur. positae vero videntur esse ..0—82 post 78. 79 potius inversa scheda quam paragraphis 80—82 solis falso loco insertis. nam neglegendum non est quod § 80—82 XXIII versus secundum Bekkeri edit. Berol. ex. gr. continent et § 134—149 med., cujus capitis interruptio scheda finiente orsa videtur, ex CXXXIX constant. ergo illae priorem paginam schedae complevisse, hae tres schedas aequasse videntur ($6 \times 23 = 138$)[1]. tum utrum § 134—149 med.

[1] Hac occasione utar ut testimoniis veterum, quibus usus recte Voemelius (Demosth. Cont. p. 220 sqq.) contendisse videtur Demo-

Digitized by Google

ideo post § 133 insertae sint, quia legatorum corruptelam arguere videbantur, an ideo, ut post § 131 *σκοπεῖτε τοίνυν τί ἔσται τίμημα κ. τ. ἑ.* sequeretur § 134 *εἰ τῶν πρεσβευσάντων τὴν εἰρήνην καταψηφιεῖσθε,* an adeo propterea, quia § 153 *ἐκεῖνος μὲν οὐδὲν ἂν ὑμῖν εἶχεν ἀνατείνασθαι φοβερόν, δι' ὃ τῶν δικαίων ἄν τι παρείδετε* falso putabatur postulare ut § 134 *εἰ γὰρ ..... οὗτος οὕτω γέγονε φοβερὸς καὶ μέγας, ὥστε τῶν ὅρκων καὶ τῶν δικαίων ἀμελήσαντας ὑμᾶς ἤδη τί Φιλίππῳ*

---

sthenis orationes Alexandrinorum tempore per membra et incisa vel cola et commata scriptas esse, unum adiciam. in libello enim, qui inscribitur *Κάστορος Ῥοδίου ῥήτορος τοῦ καὶ Φιλορωμαίου περὶ μέτρων ῥητορικῶν,* a Walzio (Rhet. Graec. III. p. 712—723) e codice Par. 2929 (cf. Fabric. bibl. Graec. VI. p. 126 ed. Harles) descripto haec leguntur: (p. 719) *περὶ τοίνυν πάσης ἰδέας ἐκθέμενοι καθ' Ἑρμογένην, δεῖν ᾠήθημεν καὶ περὶ τῆς παρὰ τῷ Λαχάρῳ ἐκθέσθαι ὡς ἂν δι' αὐτῶν παράδειγμα λαβόντες τὰ μετρηθέντα ὑπ' αὐτοῦ κῶλα Πλάτωνος καὶ Θουκυδίδου τὰ ἐν τῷ ἐπιταφίῳ καὶ Δημοσθένει τὰ ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου, τούτων ἀκριβῶς νοηθέντων καὶ τῆς ἰδέας γνωσθ[illegible]σης ὁποία ἐστίν, ὅτι ἀξιωματικὴ καὶ λαμπρά, καὶ τῶν λοιπῶν ἰδεῶν, τῆς καθ*
ρᾶς καὶ τῆς σεμνῆς (ἔστι δὲ τῆς ἰδέας καὶ τοῦ ὡραίου καὶ κεκαλλ
πισμένου λόγου καὶ τῶν λοιπῶν) ῥαδιο
λόγῳ τὴν ἀναμέτρησιν, καὶ μάλιστα τ
τον παράδειγμα τὰ Θουκυδίδεια κῶλ
τὰ τῶν ῥητόρων σκέμματα κ. τ. ἑ .....
τῷ πεζῷ λόγῳ, εἰ μετρεῖν βούλοιό τινα λόγ
βαίνειν δεῖ τὸ κῶλον ἢ τὸ κόμμα ἢ τὸν ἐπῳδόν
περίοδον γίνεται ἡ μέτρησις, ἀλλὰ καὶ κατὰ πνεῦμα, ἀλλ ω
κατὰ κῶλον, ὡς δειχθήσεται ἔκ τε τῶν τοῦ Λαχάρου παραδειγμάτων, καὶ ἐξ ὧν μετρικῶς σοι θήσομαι τὸν ὅλον Δημοσθενικὸν λόγον, τὸν ἐπιγράφοντα πρὸς τὴν ἐπιστολὴν Φιλίππου· τοῦτον γὰρ στίξομεν, σὺν θεῷ φάναι, κατὰ κῶλον καταντήσαντες εἰς τὴν ποσότητα τῶν κώλων κατὰ τὸν ἀριθμὸν τὸν ἐγκείμενον ἐν τοῖς ἀρ-

Digitized by Google

χαριεῖσθε σκοπεῖν praemitteretur, an alia de causa; deinde utrum § 315—331 in fine ponerentur, ut § 313 *πάντα τὰ πράγματ' ἀπώλεσας* verborum veritas exponeretur (cf. §. 325 *τοῦτον τὸν τρόπον καὶ τοιαύταις τέχναις ὑπὸ τῶν κάκιστ' ἀπολουμένων ἀνθρώπων πάντα τὰ πράγματ' ἀπώλετο*), an una cum § 332—340 tantum ante ultimam schedam § 341—343, ut saltem ante exitum orationis essent, equidem non discernam. inde ab hac igitur prima orationis divulgatione eundem partium or-

---

χαίοις βιβλίοις, ὡς ἐμέτρησεν αὐτὸς ὁ Δημοσθένης τὸν ἴδιον λόγον. εἴπωμεν οὖν πρῶτον τοῦ Λαχάρου τὴν τεχνολογίαν, αὐτολεξεὶ ἔχουσαν οὕτως· „οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε εἰρηκότων ἐπαινοῦσι — θαπτομένοις ἀγορεύεσθαι αὐτόν“ (Thuc. II. 35, initium epitaphii)..... *εἶτα Πλατωνικὸν ῥητόν· „ἔργῳ μὲν ἡμῖν οἵδε — τὴν εἱμαρμένην πορείαν“* (Plat. Menex. p. 237 D, initium epitaphii)...... *Δημοσθενικὸν ἐκ τοῦ λόγου τοῦ περὶ στεφάνου· „πρῶτον μέν, ὦ. ἄ. Ἀ., τοῖς θεοῖς εὔχομαι — ἐᾶσαι χρῆσθαι“* (initium usque ad p. 226, 13 R.)...... *ταῦτα παρεθέμεθα εἰς ἔνδειξιν ὑποδείγματος μέτρα ῥητορικῶν σχεμμάτων.* Simul, ut videant, quibus id datum est, adhorter, num forte ı illo vel alio ejusdem scripti libro post haec tria e Lachare desumpta ratoriorum metrorum exempla, quibus libellus apud Walzium explicit,

quam promiserat auctor, inveniatur. nam

stianus (cf. verba p. 713 sq. ex Exodo et

εῷ φάναι p. 721, 28) quinti post C. n.

am Hermogenem commemorat et Lacharem;

(450—457) et Leonte (457—474) imperantibus

ıidam v. *Λαχάρης* — nihilque ei est commune cum

regis Dejotari affini, de quo cf. Suid. v. *Κάστωρ*. Westermann in Paulyi encycl. II. p. 207 sq. Haakhius ibid. p. 893; et quamquam oratio, quam tractaturum se pollicetur, est spuria — elegit autem, quia contionum est brevissima —: tamen si haec libelli pars etiamnunc inveniri potest, nonnulla spero ex ea disci posse de natura illorum *ἀρχαίων βιβλίων* quibus usurus erat et de metricae in eis distributionis ratione.

Digitized by Google

dinem mansisse et in Alexandrinorum exemplaria et in nostra transcessisse puto. — Jam post mortem Demosthenis divulgationem factam esse probabilissimum videatur. nam cum in oratione adv. Theocr. legatur § 22 *οὐ γὰρ δή γε προσδοκᾶν δεῖ Θεοκρίνην αὐτὸν ὁμολογήσειν ὀφείλειν ὑμῖν τῷ δημοσίῳ καὶ δικαίως ἐνδεδεῖχθαι φήσειν, ἀλλὰ τοὐναντίον πάντα λόγον μᾶλλον ἐρεῖν καὶ πάσας αἰτίας οἴσειν, ὡς καταστασιάζεται ..... λοιπὸν γάρ ἐστι τοῦτο τοῖς ἐν αὐτοῖς τοῖς πράγμασιν ἐξελεγχομένοις αἰτίας καὶ προφάσεις εὑρίσκειν, αἵτινες τοῦ παρόντος ὑμᾶς ποιήσουσι πράγματος ἐπιλαθομένους τοῖς ἔξω τῆς κατηγορίας λόγοις προσέχειν,* et statim sequatur § 25 *διὸ καὶ δεῖ φυλάττειν αὐτόν, μὴ πρὸς τοὺς ἐμοὺς λόγους μηδὲ τοὺς ὑπὸ τούτου ῥηθησομένους ἀποβλέποντας:* obversata quidem fortasse sunt illius orationis auctori, quem ipsum actorem Epicharem, quod nomen ei est apud Libanium, fuisse dissimile non est veri, Demosthenis verba § 215 *ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ, ὅτι ..... οὐδεὶς πώποτ' ὁμολογῶν ἀδικεῖν ἑάλω, ἀλλ' ἀναισχυντοῦσιν, ἀρνοῦνται, ψεύδονται, προφάσεις πλάττονται, πάντα ποιοῦσιν ὑπὲρ τοῦ μὴ δοῦναι δίκην. ὧν οὐδενὶ δεῖ παρακρουσθῆναι τήμερον ὑμᾶς, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἴστε αὐτοὶ τὰ πράγματα κρῖναι, μὴ τοῖς ἐμοῖς λόγοις μηδὲ τοῖς τούτου προσέχειν κ. τ. λ.;* sed cum causa Theocrinea paullo post Aeschineam dicta sit, habitae Demosthenis orationis verba ei in mente haesisse possunt; praeterea actor orationis consuetudine Demosthenis usus erat. At Dinarchum scriptam orationem in suis in causa Harpalica habitis imitatum esse non sibi sine ratione aliquis per-

Digitized by Google

suadeat. cum enim *κατὰ Δημοσθ.* § 25 (ed. Berol. Bk.) Thebanorum, quorum urbs Demosthenis opera diruta sit, in Athenienses merita commemoret, respicere eum putet ad Demosthenis orationem § 65 sq. ubi hic ad iram in Aeschinem incitandam Phocensium meminit in eosdem merita; cum *κατὰ Δημοσθ.* § 71. 98—99 oraculum de malis Atheniensium *ἡγεμόσιν* editum adhibeat, ad § 297. 298; cum *κατ' Ἀριστογ.* § 25. 26. dicat *καίτοι εἰ τὸν ἐν Πελοποννήσῳ χρυσὸν ὁ δῆμος πολλῶν κακῶν αἴτιον ἡγεῖτο τοῖς Ἕλλησιν εἶναι, πῶς χρὴ ῥᾳθύμως ἔχειν ὁρῶντας ἐν ταύτῃ τῇ πόλει δωροδοκίαν γιγνομένην; ..... καίτοι, ὦ Ἀθηναῖοι, τί ἂν οἴεσθε ἐκείνους τοὺς ἄνδρας ποιῆσαι λαβόντας ἢ στρατηγὸν ἢ ῥήτορα πολίτην ἑαυτῶν δῶρα δεχόμενον ἐπὶ τοῖς τῆς πατρίδος συμφέρουσιν, οἳ τὸν ἀλλότριον καὶ τῷ γένει καὶ τῇ φύσει τῆς Ἑλλάδος ἄνθρωπον οὕτω δικαίως καὶ σωφρόνως ἐξήλασαν,* ad § 271 *οὐκοῦν ἔστιν, ὡς ἔοικεν, ἐκ τούτων ἰδεῖν, ὅτι οἱ πρόγονοι μὲν ὑμῶν, ὅπως μηδ' ἄλλος ἀνθρώπων μηδεὶς ἐπὶ χρήμασι μηδὲν ἐργάσεται κακὸν τὴν Ἑλλάδα, ἐφρόντιζον, ὑμεῖς δὲ οὐδὲ τὴν πόλιν αὐτὴν ὅπως μηδεὶς τῶν πολιτῶν ἀδικήσει προορᾶσθε* et ad § 270 *δεῖ γὰρ ὑμᾶς ἰδεῖν, ὅτι ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἔργοις ῥαθυμεῖτε ὧν θάνατον κατεγνώκασιν οἱ πρόγονοι;* cum *κατὰ Δημοσθ.* § 15 clamet *τὸν δὲ κατάπτυστον τοῦτον καὶ Σκύθην ...., ὃν οὐχ εἷς ἀνὴρ ἀλλὰ πᾶσα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ζητήσασα ἀποπέφαγκε χρήματα ἔχειν καθ' ὑμῶν, καὶ ὃς ἀποπέφανται μισθαρνῶν καὶ δωροδοκῶν κατὰ τῆς πόλεως καὶ ταῦτα ἐξελήλεγκται, τοῦτον οὐ τιμωρησάμενοι παράδειγμα ποιήσετε τοῖς ἄλλοις;* ad § 101 (105) (cf.

Digitized by Google

343 extr.) *ἂν μέντοι διὰ πονηρίαν (λελυμασμένος φανῇ), ἀργύριον λαβὼν καὶ δῶρα, καὶ ταῦτ᾽ ἐξελεγχθῇ σαφῶς ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν πεπραγμένων, μάλιστα μέν, εἰ οἷόν τε ἀποκτείνατε, εἰ δὲ μή, ζῶντα τοῖς λοιποῖς παράδειγμα ποιήσατε.* equidem hanc rem difficilem in dubio relinquo. Sed prima Alexandrinorum aetate Demosthenis de falsa legatione orationem in manibus habuerunt. id docent orationes ceteraque scripta subditicia quorum auctores non ita raro verba ex ea mutuati sunt. horum exemplorum pleraque Dobraeus indagavit. ita referenda sunt Philipp. IV. § 5 *πρώτῳ μὲν πάντων καὶ πλείστῳ . . . . ., δευτέρῳ δὲ καὶ οὐδενὸς ἐλάττονι τούτου* ad orationis de ement. leg. § 27 *ἑνὸς μὲν . . . . . μάλιστα καὶ πρώτου . . . . . πρώτου μὲν τούτου καὶ μάλιστα . . . . ., δευτέρου δὲ τίνος; καὶ οὐδὲν ἐλάττονος ἢ τούτου;* § 5 *ἔχειν τὸν δώσοντα ὑπὲρ αὐτῶν* ad § 80 *τὸν δώσοντα οὐκ ἔχουσιν αὐτοῖς;* § 9 *Μέγαρα ἑάλω παρὰ μικρόν* ad § 334 *τίς Μέγαρα πρῴην ὀλίγου* (sc. *ἀλλότρια πεποίηκε*); § 10 *τὰς ἐν Ἤλιδι σφαγάς* ad eadem verba § 260; § 23 *ὥσπερ νῦν ὑμεῖς πυνθάνεσθε τί ποιεῖ Φίλιππος καὶ ποῖ πορεύεται* ad § 288 *νῦν δ᾽ ἤδη περιερχόμεθ᾽ ἡμεῖς . . . . ὠτακουστοῦντες . . . . ποῖ πάρεισι Φίλιππος;* § 50 fortasse ad § 338; — *περὶ συντάξεως* § 14 ad § 293 sqq.; § 31 *οἱ δὲ γῆν ἐωνημένοι γεωργοῦσιν, ὅσην οὐδ᾽ ὄναρ ἤλπισαν πώποτε* ad § 275 *τούτοις δ᾽ ἃ μηδ᾽ ὄναρ ἤλπισαν πώποτε κτησαμένην* (cf. § 314 *γεωργεῖς ἐκ τούτων.* § 145 *γεωργίαι*); — *κατ᾽ Ἀριστογ.* § 31 *μὴ γάρ, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, τοσαύτη σπάνις ἀνδρῶν γένοιτο τῇ πόλει, ὥστε παρὰ Ἀριστογείτονος τῶν καλῶν τι ποιήσασθαι* ad § 285 *μὴ γὰρ*

οὕτω γένοιτο κακῶς τῇ πόλει, ὥστε Ἀφοβήτου καὶ Αἰσχίνου σωφρονιστῶν δεηθῆναι τοὺς νεωτέρους; § 36 ad 88; § 47 βοῶν καὶ κεκραγὼς καὶ ἰοὺ ἰού ad § 209 βοῶντα ὡς εἰσαγγελεῖ με .... καὶ ἰοὺ ἰού; § 52 ἀλλὰ πορεύεται διὰ τῆς ἀγορᾶς κ. τ. ἑ. ad § 314 καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς πορεύεται κ. τ. ἑ.; § 53 τιμωρήσασθε καὶ παράδειγμα ποιήσατε τοῖς ἄλλοις ad § 343 extr.; § 77 εἰς τὸν ἑαυτοῦ βίον καταφεύξεται ὡς σώφρονα καὶ μέτριον. ποῖον; ὃν ποῦ βεβίωκεν; ὃν μὲν γὰρ ἅπαντες ὑμεῖς ἑοράκατε, οὐκ ἔστι τοιοῦτος ad § 200 ποῖον οὖν ἐρεῖς βίον ὃν οὐ βεβίωκας, ἐπεὶ ὅ γε βεβιωμένος σοι τοιοῦτος φαίνεται; § 84 ad § 283; — προοιμ. 49 § 3 τοὺς μὲν οὖν ἄλλους ἅπαντας ἔγωγε ὁρῶ τὴν ἀειλογίαν προτεινομένους, ... οὗτοι δ' αὖ τἀναντίον ἐγκαλοῦσιν ad § 2 τοὺς μὲν οὖν ἄλλους .... τὴν ἀειλογίαν ὁρῶ προτεινομένους, τουτονὶ δ' Αἰσχίνην πολὺ τἀναντία τούτου; 56 § 1 τὸ δὲ μὴ βουλομένους ἀκούειν βιάζεσθαι παντελῶς ἔγωγε αἰσχρὸν ἡγοῦμαι εἶναι ad § 206 οὐδὲν γὰρ πώποτ' οὔτ' ἠνώχλησα οὔτε μὴ βουλομένους ὑμᾶς βεβίασμαι (cf. Mid. § 189).

In oratione enarranda ea Demosthenis verba retinebo, quae ipsa ejus dispositionem optime palam faciunt; cum quibus ut cetera consentiant, recta oratione utar; denique partes a me trajectas numeris paragraphorum pinguioribus notabo.

Προοίμιον. 1. 2. Cavete, judices, machinationes meorum adversariorum.

Προκατασκευή. 3—8. Etsi multum temporis post legationem intercessit, tamen quae justa sunt judicare poteritis considerantes τίνων προσήκει τῇ πόλει λόγον

παρὰ πρεσβευτοῦ λαβεῖν· πρῶτον μὲν τοίνυν ὧν ἀπήγγειλε, δεύτερον δὲ ὧν ἔπεισε, τρίτον δὲ ὧν προσετάξατε αὐτῷ, μετὰ ταῦτα τῶν χρόνων, ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις, εἰ ἀδωροδοκήτως ἢ μὴ πάντα πέπρακται. in his omnibus si Aeschinem deliquisse arguero, *καταψηφίσασθε αὐτοῦ καὶ δίκην ἀξίαν τῶν ἀδικημάτων λάβετε.*

Προκατάστασις. 9—16. 17—24. 25—28. *Πολλὰ δὲ καὶ δεινὰ κατηγορεῖν ἔχων ἔτι πρὸς τούτοις ἕτερα ..... βούλομαι πρὸ πάντων ὧν μέλλω λέγειν μνημονεύοντας ὑμῶν οἶδ' ὅτι τοὺς πολλοὺς ὑπομνῆσαι εἰς τίνα τάξιν ἑαυτὸν ἔταξεν Αἰσχίνης ἐν τῇ πολιτείᾳ τὸ πρῶτον .... ἵν' εἰδῆθ' ὅτι τοῖς ὑφ' ἑαυτοῦ πεπραγμένοις καὶ δεδημηγορημένοις ἐν ἀρχῇ μάλιστα ἐξελεγχθήσεται δῶρα ἔχων.* ita se gessit ut facere non potueritis quin inimicum Philippi crederetis legatumque crearetis, neque ego corruptum eum esse prius animadverti, quam a prima legatione reversus subito altera contione Philocratis de pace sententiae patrocinatus est. Tum ex legatione altera ob jus jurandum suscepta ego redux factus, nulla pollicitationum a Philippo facta mandatisque vestris ab his laesis, statim hos in senatu accusavi ibique ne post Thraciam etiam Phocenses Pylasque proiceretis monui; sed in contione, ex qua re omnia mala manaverunt, Aeschines mihi praevenit seque id apud Philippum effecisse jactavit, ut intra paucos dies vos domi manentes audituri essetis et Thebas obsideri et Thespias Plataeasque restitui et Apollini pecuniam a Thebanis repeti, quas ob causas mercedem mortis suae a Thebanis propositam esse;

Digitized by Google

praeterea se Euboeos quosdam audivisse, qui timerent ne Philippus pro Amphipoli Euboeam Atheniensibus traderet; denique ad Oropum allusit, omnibusque his verbis prohibuit, quominus verum nuntiare possem. *Τοῦ χάριν δὴ ταῦθ' ὑπέμνησα πρῶτα νῦν ὑμᾶς καὶ διεξῆλθον τούτους τοὺς λόγους;* primum ne quis facinoribus nimiis videntibus miretur cur tum locutus non sim; deinde ut subitam vos ejus commutationem in animos inducentes, si omnia contra quam iste dixit facta sunt, sciatis *διὰ τὴν αἰσχροκέρδειαν τὴν ἑαυτοῦ καὶ τὸ χρημάτων ἀποδόσθαι τἀληθῆ μεταβεβλημένον αὐτόν.* (Hac in parte ea sola orator commemorat, quae sub ipsis civium oculis acta aptissima erant ad diffidentiam eis iniciendam.)

Κατασκευή. (Incipit inde, ubi *προκατάστασις* substitit temporumque ipsorum seriem quasi sponte sequitur, narrationem artificiose intextam habens.) 29. 30. *Βούλομαι δ' ἐπειδήπερ εἰς τούτους προήχθην τοὺς λόγους, ὃν τρόπον τὰ περὶ Φωκέας πράγμαθ' ὑμῶν παρείλοντο πρῶτον εἰπεῖν ἁπάντων.* hic ne magnitudinem malorum pro hujus existimatione nimiam putetis, sed id solum spectetis, *εἰ ὅσα τῆς Φωκέων σωτηρίας ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ἧκε, ταῦθ' ἅπαντ' ἀπώλεσαν οὗτοι καὶ διέφθειραν ἑκόντες.*

31—33. Senatus consultum docet non nunc demum me ab actis abhorrere, sed statim accusasse futuraque praevidisse, et senatum, vera ex me audire non prohibitum, neque laudasse istos neque in prytaneum vocasse; qua quidem re etiam probis eorum injuria facta est, ergo mihi, qui istos ab initio accusaverim.

Argum. prim. 34—41. 42—43. 44—46. Philippo jam in Pylis praesente rerumque potito vobis contio habenda fuit. prohibiti estis, ne senatus consultum audiretis. atque, ut inter Aeschinem et Philippum convenerat, solus ille *ista pollicitus est,* ita ut hic ne minimum quidem obstringeretur; contra hujus epistula eo consilio scripta est, ut legati qui decretum neglexerant poena liberarentur. nam Halenses, quorum cum Pharsalibus reconciliandorum causa eos a se retentos esse rex fatetur, extorres sunt facti, neque ne captivos quidem vestros redimere in animum se induxisse Philippus nunc scribit. Illis pollicitationibus ut equidem verum eloqui prohibitus sum, ita eae ad vos domi retinendos fallendosque solum excogitatae sunt; per se enim Thebanis quam maxime occulendae erant. Omnes istas machinationes equidem perspiciens vera docere non potui, sed testatus sum certe ilico omnium istarum rerum me expertem esse.

Argum. alter. 47—56. Jam si illa tempora et illa promissa reputantes *Philocratis decretum* contemplamini, *οὐδὲν ἄλλο φανήσονται πλὴν παραδόντες Φιλίππῳ καὶ Θηβαίοις Φωκέας, μόνον οὐκ ὀπίσω τὼ χεῖρε δήσαντες.* Amphictyonum enim, quibus templum tradere Phocenses jubebatis, Thessali Thebanique tum praesentes erant; neque Philippi epistulae ad exeundum vos incitabant, sed ne quid inportuni ei decerneretis, effecturae erant; secundum quod consilium regis clandestinum etiam isti apud vos orarunt. Phocenses vero primo verbis illis a legatis Atheniensibus apud eorum cives factis confisi, tum decreto hoc, quo eadem quae

Philippo pax eademque societas etiam ejus posteris confirmabatur (quo quidem etiam posteri vestri laesi sunt) ad desperationem adducti, urbes ultro Philippo dediderunt contrariaque eorum quae isti promiserant perpessi sunt.

Argum. tert. 57—63. *Ἵνα δ' εἰδῆτε σαφῶς, ὅτι ταῦθ' οὕτω καὶ διὰ τούτους ἀπόλωλε, τοὺς χρόνους ὑμῖν λογιοῦμαι καθ' οὓς ἐγίγνεθ' ἕκαστα ...... οὐκοῦν τοῖς χρόνοις, οἷς ἀπήγγελλον, οἷς ἔγραφον, πᾶσιν ἐξελέγχονται συνηγωνισμένοι Φιλίππῳ καὶ συναίτιοι γεγονότες τοῦ τῶν Φωκέων ὀλέθρου.* quod quidem etiam eo ostenditur quod nulla horum urbs vi capta est, sed omnia ex pacto perierunt.

64—66. 67—69. 70—71. (Commiseratio et amplificatio.) Summa miseria Aeschines Phocenses affecit, qui olim melius aliquid de vobis meruerunt. quod neque Philippus ipse facere ausus est neque duces ejus in se suscipere voluerunt, hic in vos, cives suos, perpetravit, dirisque obnoxium se reddidit, ita ut deprehensus non deis committendus, sed vobis ipsis puniendus sit.

Ἀνασκευή. Praeoccup. prim. 72—77. *Εἰς τοίνυν τοῦτ' ἀναιδείας καὶ τόλμης αὐτὸν ἥξειν ἀκούω, ὥστε πάντων τῶν πεπραγμένων ἐκστάντα ὧν ἀπήγγειλεν, ὧν ὑπέσχετο, ὧν πεφενάκικε τὴν πόλιν, ... πρῶτον μὲν Λακεδαιμονίων, εἶτα Φωκέων, εἶτ' Ἡγησίππου κατηγορήσειν.* sed omnia quae in eorum culpam versurus est, ante hujus pollicitationes fuerunt, neque omnino has propter illa fieri non posse dixit. atque quidquid Phocenses commiserunt, servare eos ex vestra re fuit.

Digitized by Google

denique licet Philippus Lacedaemonios Phocensesque deceperit, vos Aeschines decepit verbis suis Phocensesque interemit.

Praeocc. altera. 80—82. *Ἔτι τοίνυν τοιοῦτό τι μέλλειν αὐτὸν ἀκούω λέγειν, ὅτι θαυμάζει τί δήποτε Δημοσθένης μὲν αὐτοῦ κατηγορεῖ, Φωκέων δ'οὐδείς.* sed quid ad rem? tuum est ostendere aut Phocenses non interiisse aut Philippum eos servaturum te non promisisse.

Praeocc. tert. 78—79. 83—87. *Ἂν τοίνυν ἀντὶ Φωκέων καὶ Πυλῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀπολωλότων Χεῤῥόνησος ὡς περίεστι τῇ πόλει λέγῃ, πρὸς Διὸς καὶ θεῶν μὴ ἀποδέξησθε.* nam opprobrium civitati esset. atque ne superest quidem nobis tuto Chersonesus Phocensium finibus Pylisque ab hoste occupatis. *Καὶ μὴν ὅτι χωρὶς τῆς ἄλλης αἰσχύνης καὶ ἀδοξίας, ἣν τὰ πεπραγμένα ἔχει, καὶ μεγάλοι κίνδυνοι περιεστᾶσιν ἐκ τούτων τὴν πόλιν, ῥᾴδιον δεῖξαι.* Phocensi enim bello extincto Pylisque patefactis vos non amplius securi estis a Thebanis, quibus iste etiam vestram in eos voluntatem sermonibus suis aperuit; atque Philippo quandocumque volet aditus in Atticam ipsam patebit.

Praeocc. quart. 88—90 (91). 91 (92)—97 (101). *Οἶδα τοίνυν, ὅτι τοὺς μὲν ὑπὲρ τῶν κατηγορημένων αὐτοῦ λόγους Αἰσχίνης φεύξεται, βουλόμενος δ' ὑμᾶς ὡς ποῤῥωτάτω τῶν πεπραγμένων ἀπάγειν ..... ὅλως ἐγκώμια εἰρήνης ἐρεῖ, καὶ τοιαῦτα ἀπολογήσεται.* sed haec quoque ipsius sunt accusationes. nam rem natura praeclaram hos pecunia corruptos deformasse ostendunt. apparatus quidem armorum et terrae et

vectigalium nobis aliquantus factus est, quamquam Philippo multo major; sed potentiae sociorumque apparatus, qui ad illum accedere debebat, per hos interiit. Omninoque par sit, judices, quicquid per se considerare. non ob bellum resque in eo gestas neque ob pacem ipsam Aeschinem accusavi, sed inde coepi, quod pro Philocratis sententia mercede conductus locutus est, tumque ad jus jurandum exigendum creatus nihil eorum quae jussa erant fecit, Phocensesque servatos per bellum pace mendaciis suis pessumdedit. blandum pacis nomen captabit, cum firmamentum ejus cum sociis suis everterit, Phocenses atque Pylas. et profecto, si pax juvare quemquam potest, gratiam ejus non isti meruerunt, sed duces mali. hi pacem effecerunt, periculosam isti.

Κατασκευή. 98 (102)—101 (105). *Ὅτι μὲν τοίνυν αἰσχρῶς καὶ κακῶς πάντα ταῦθ᾽ ὑπὸ τούτων ἀπόλωλε καὶ διέφθαρται, οἶμαι πάντας ὑμᾶς εἰδέναι.* atque, quamvis quod dicam publica negotia gerente dignum non sit, *ὅμως ὑμεῖς ἄφετ᾽ Αἰσχίνῃ τὰ δεινὰ ταῦτα καὶ ὑπερβάλλοντα, ἂν δι᾽ εὐήθειαν ἢ δι᾽ ἄλλην ἄγνοιαν ἡντινοῦν λελυμασμένος φανῇ. ἂν μέντοι διὰ πονηρίαν ἀργύριον λαβὼν καὶ δῶρα, καὶ τοῦτ᾽ ἐξελεγχθῇ σαφῶς ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν πεπραγμένων, μάλιστα μὲν, εἰ οἷόν τε, ἀποκτείνατε, εἰ δὲ μὴ, ζῶντα τοῖς λοιποῖς παράδειγμα ποιήσατε. σκοπεῖτε δὴ τὸν ὑπὲρ τούτων ἔλεγχον, ὡς δίκαιος ἔσται, μεθ᾽ ὑμῶν.*

Argum. prim. 102 (106) — 110. Necesse est igitur Aeschinem ista promisisse, nisi venditus ultro vos decipiebat, aut quod diserte ea audiverat ex Philippo, aut quod humanitate regis ceteris in rebus captus etiam

Digitized by Google

haec de eo speravit. tum vero Phocensibus deletis regi inimicissimus fieri vosque ut ab eo in posterum caveretis monere debuit, quod nunquam fecit.

Argum. alt. 111—113. *Οὐ τοίνυν ἐκ τούτων μόνον δῆλός ἐσθ᾿ ὅτι χρημάτων ἅπαντ᾿ εἶπεν ἐκεῖνα.* sed nuper quoque cum Thessali Philippique legati postularent, ut regem inter Amphictyones reciperetis, Aeschines hic, etsi omnium maxime eum illis contradicere par erat, *ὅτι οἷς οὗτος ἀπήγγειλε πρὸς ὑμᾶς, τούτοις τἀναντία ἐποίησεν ἐκεῖνος,* unus omnium civium eis patrocinatus est.

Argum. tert. 114—115. Philocrates dona accepta vobis ostentat, Aeschines vero malae existimationis periculorumque gratia eum adjuverit? *ἀλλὰ πάντα ταῦτ᾿, ἐὰν ὀρθῶς σκοπῆτε, εὑρήσετε μεγάλα, ὦ. ἄ. Ἀ., καὶ ἐναργῆ σημεῖα τοῦ χρήματα τοῦτον ἔχειν.*

Argum. quart. 116—119. *Ὃ τοίνυν ὕστατον μὲν γέγονεν, οὐδενὸς δ᾿ ἐστὶν ἔλαττον σημεῖον τοῦ πεπρακέναι τοῦτον ἑαυτὸν Φιλίππῳ, θεάσασθε.* nuper cum Hyperides Philocratem publice denuntiaret, equidem, quoniam Philocrates unus nihil usquam valuisset, ceteros legatos affirmare jussi neque participes se fuisse eorum, quae Philocrates fecerit, neque probare. tum nemo quidem surrexit; sed omnes excusationem habebant praeter Aeschinem, qui, etiamsi optime Philocrates legatione functus esset, sed pecuniam accepisse sese fatebatur, ut fatebatur, de se ipso testimonium dicere debebat. *ταῦτ᾿ οὐ φανερά, ὦ. ἄ. Ἀ.; ταῦτ᾿ οὐχὶ βοᾷ καὶ λέγει ὅτι χρήματ᾿ εἴληφεν Αἰσχίνης καὶ πονηρός ἐστιν ἀργυρίου συνεχῶς, οὐ δι᾿ ἀβελτερίαν οὐδὲ δι᾿ ἄγνοιαν οὐδ᾿ ἀποτυγχάνων;*

Digitized by Google

Argum. quint. 120. **315—331.** *Καὶ τίς μου καταμαρτυρεῖ, φήσει, δῶρα λαβεῖν; (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ λαμπρόν.) τὰ πράγματ', Αἰσχίνη ..... πρὸς δὲ τοῖς πράγμασιν αὐτὸς αὐτίκα δὴ σὺ σαυτοῦ. ἀπόκριναι γὰρ δεῦρ' ἀναστάς μοι ..... ἘΡΩΤΗΣΙΣ. Βούλομαι τοίνυν ὑμῖν ἐπελθεῖν ἐπὶ κεφαλαίων, ὃν τρόπον ὑμᾶς κατεπολιτεύσατο Φίλιππος, προσλαβὼν τούτους τοὺς θεοῖς ἐχθρούς. πάνυ δ' ἄξιον ἐξετάσαι καὶ θεάσασθαι τὴν ἀπάτην ὅλην.* (tum exponit Demosthenes qua ratione Philippus ex bello non solum pacem, sed etiam Phocensium interitum effecerit per collegas suos ita ut omnia instar aenigmatis Atheniensium civitati fierent.) Philippus nihil mentitus quaecumque voluit perfecit; vos contraria eorum quae speravistis, passi estis; isti pecuniam ob ea acceperunt nequedum poenam ullam dederunt. *ὅτι γὰρ ταῦθ' ἁπλῶς δεδωροδόκηνται καὶ τιμὴν ἔχουσιν ἁπάντων τούτων οὗτοι, πολλαχόθεν μὲν ἔγωγ' οἶμαι δῆλον ὑμῖν εἶναι πάλαι, καὶ δέδοικα μὴ τοὐναντίον οὗ βούλομαι ποιῶ, σφόδρα ἀκριβῶς δεικνύναι πειρώμενος διοχλῶ πάλαι τοῦτ' αὐτοὺς ὑμᾶς εἰδότας· ὅμως δ' ἔτι καὶ τόδ' ἀκούσατε.* num Philippus tantis donis legatos vestros affecisset, si vestra curassent? nullo modo, id quod nuper ipse in Hegesippo ejusque collegis excipiendis ostendit. *ταῦτ' οὖν μαρτύρων, ταῦτ' ἐλέγχων τινῶν ἔτι δεῖται μειζόνων; ταῦτ' ἀφαιρήσεταί τις ὑμῶν;*

Argum. sext. 121—130. *Πολλῶν τοίνυν καὶ δεινῶν ὄντων τῶν πεπραγμένων Αἰσχίνῃ τούτῳ, καὶ πολλὴν κακίαν ἐχόντων, ὡς καὶ ὑμῖν οἴομαι δοκεῖν, οὐδέν ἐστιν οὗ μέλλω λέγειν, ὡς ἐγὼ κρίνω, δεινότερον, οὐδ' ὅτι μᾶλλον ἐπ' αὐτοφώρῳ δεδωροδοκηκότ' αὐτὸν καὶ πεπρα-*

Digitized by Google

κότα πάντ' ἐξελέγξει. tertium enim legatus factus, ne quid ego interea in Philippum molirer, Athenis remansit morbum fingens. sed ut primum Phocenses devicti sunt et locatio confecta est, cum civitati perterritae bono oratore opus esset, statim medias in Thebas profectus est neque morbum curans neque fratrem legatum ipsius loco creatum neque mortis poenam in ejus modi homines legibus sancitam neque mercedem interfectori, ut perhibuerat, a Thebanis promissam. *οὕτως ἔκφρων ἦν καὶ ὅλος πρὸς τῷ λήμματι καὶ τῷ δωροδοκήματι. Καὶ τοιούτου τοῦ πράγματος ὄντος, ἔτι πολλῷ δεινότερά ἐστιν ἃ ἐκεῖσε ἐλθὼν διεπράξατο.* festorum enim votorumque a Philippo ob Phocensium, sociorum vestrorum, necem factorum fuit particeps.

131—133. *Οὐκοῦν ᾤχετο μὲν παρὰ τὸν νόμον, ὃς θάνατον κελεύει τούτων τὴν ζημίαν εἶναι· ἐλθὼν δ' ἐκεῖσε ἑτέρων θανάτων ἄξια ποιῶν πέφανται· τὰ δὲ πρόσθεν πεπραγμένα καὶ πεπρεσβευμένα ὑπὲρ τούτων ἀποκτείνειεν ἂν αὐτὸν δικαίως. σκοπεῖτε τοίνυν, τί ἔσται τίμημα, ὃ ταύτην ἕξει τὴν ἀξίαν ὥστε τοσούτων ἀδικημάτων ἀξιόχρεων φαίνεσθαι .....* quis enim vos non jure reprehendat *ὁρῶν Φιλίππῳ μὲν ὑμᾶς ὀργιζομένους, ὃς ἐκ πολέμου ποιούμενος εἰρήνην παρὰ τῶν πωλούντων τὰς πράξεις ἐωνεῖτο, ... τουτονὶ δ' ἀφιέντας, ὃς τὰ ὑμέτερα οὕτως αἰσχρῶς ἀπέδοτο .....;*

Argum. sept. 149 extr.—157. 158—162. *Ὅτι γὰρ ταῦθ' οὕτω πέπρακται, καὶ ἐκ τῶν ἐπιλοίπων ἔτι μᾶλλον εἴσεσθε.* pace enim facta jureque jurando legatis Philippi dato equidem, quae eventura erant, recte praevidens, senator decretum scripsi, abirent legati quam

Digitized by Google

celerrime Proxenusque eos illuc transportaret ubicumque Philippum versari cognosceret. sed hoc decreto contempto isti inde ab Euboea terra in Macedoniam tribus et viginti diebus iter fecerunt ibique praeterea Pellae me eis omni vi quamquam frustra resistente viginti septem exspectarunt, donec Philippus omni Thracia subacta rediit. neque per hoc tempus ab ulla civitate Philippo socia jus jurandum exegerunt, sed omnia e Philippi re ex ejusque voluntate fecerunt. *καίτοι ταῦθ᾽ ὅταν ἐξελέγχωνται πάντα, τοὺς χρόνους ἀνηλωκότες, τὰ ἐν Θρᾴκῃ προειμένοι, μηδὲν ὧν ἐψηφίσασθε πεποιηκότες μηδ᾽ ὧν συμφέρον ἦν, τὰ ψευδῆ δεῦρ᾽ ἀπηγγελκότες, πῶς ἔνεστι παρ᾽ εὐφρονοῦσι δικασταῖς καὶ βουλομένοις εὐορκεῖν τούτῳ σῴζεσθαι.*

Argum. octav. 163—165. *Ὅτι τοίνυν οὐδ᾽ ἄρνησίς ἐστιν αὐτοῖς τὸ μὴ ταῦθ᾽ ὑπὲρ Φιλίππου πράττειν, ἀκούσατέ μου.* in prima legatione ita festinarunt, ut praeconi, qui fidem publicam iis postulaverat, jam Larissae obviam fierent redeunti; in altera desederunt, utrumque in usum Philippi et in detrimentum vestrum.

166—173. 174—177 init. Per totam legationem omnia feci his contraria. ego enim tantum ad captivos redimendos alteram legationem obii. ea mente et pecuniam repudians, quam ut munera hospitalia mihi et ceteris legatis una his auctoribus dabat (quam quidem hi deinde praeter cetera clam accepta dona inter sese distribuebant), Philippum commovi, ut Athenienses captivos redempturum se et ad Panathenaea dimissurum polliceretur, et civibus quos jam ante reditum regis in libertatem vindicaveram pretium remisi; et in ceteris

Digitized by Google

quoque, quae minoris expensi, sed civitati majoris utilitatis fuissent, pariter versatus essem, si mihi meam voluntatem sequi licitum fuisset. hi contra Phocenses et Halenses pacto excluserunt et Cersobleptem contra decretum; deinde[1]) decretum aggressi sunt movere et tollere propter quod legati venimus; tum Cardianos Philippo socios inscripserunt, atque epistula a me scripta ne ad vos mitteretur decreverunt, ipsi nihil sani miserunt. deinde iste in proditionis suspicionem me vocans ipse noctu et interdiu solus cum rege fuit.

Ἀνακεφαλαίωσις. 177 extr.—181. *Συλλογίσασθαι δὴ βούλομαι τὰ κατηγορημένα ἀπ' ἀρχῆς ...... ἐπέδειξα οὐδὲν ἀληθὲς ἀπηγγελκότα .... ἐπέδειξα αἴτιον γεγενημένον τοῦ μὴ θέλειν ὑμᾶς ἀκούειν ἐμοῦ τἀληθῆ ....., πάντα τἀναντία συμβουλεύσαντα ἢ ἔδει ...., τοὺς χρόνους κατατρίψαντα ....., καὶ ἄλλα ἐπὶ τῆς ἀποδημίας πολλὰ καὶ δεινὰ εἰργασμένον, προδεδωκότα πάντα, πεπρακότα, δῶρα ἔχοντα, οὐδὲν ἐλλελοιπότα μοχθηρίας. οὐκοῦν ταῦθ' ὑπεσχόμην ἐν ἀρχῇ, ταῦτ' ἐπέδειξα. ὁρᾶτε τοίνυν τὰ μετὰ ταῦτα ...... ὀμωμόκατε ψηφιεῖσθαι κατὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ ψηφίσματα τὰ τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς τῶν πεντακοσίων· φαίνεται δ' οὗτος πάντα τἀναντία τοῖς νόμοις, τοῖς ψηφίσμασι, τοῖς δικαίοις πεπρεσβευκώς. οὐκοῦν ἡλωκέναι προσήκει παρά γε νοῦν ἔχουσι δικασταῖς*[2]); praeter cetera enim crimina vel proditio Pho-

---

[1]) In hoc *εἶτα* § 174 fortasse aliquid vitiosi latet.

[2]) Nihil, opinor, in hac enumeratione § 178 excidit, quamquam id Spengelius Voemelio assentiente contendit p. 564 sq. ita loquens: »In der *ἀνακεφαλαίωσις* selbst ist § 178 der dritte von den fünf Punkten,

Digitized by Google

censium et Thraciae satis gravis est, ut morte puniatur.

Ἀνασκευή. Praeocc. prim. 182—186. *Ἀγανακτήσει τοίνυν αὐτίκα δὴ μάλα, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, εἰ μόνος τῶν ἐν τῷ δήμῳ λεγόντων λόγων εὐθύνας ὑφέξει.* sed legato et verborum ei ratio reddenda est et temporum, quarum rerum tantum legati potentes sunt, civitati gravissimarum.

Praeocc. alt. 187. *Ἔστι τοίνυν τις πρόχειρος λόγος πᾶσι τοῖς ἐξαπατᾶν ὑμᾶς βουλομένοις „οἱ ταράττοντες τὴν πόλιν, οἱ διακωλύοντες Φίλιππον εὖ ποιῆσαι τὴν πόλιν.“* ad quae verba solas epistulas Philippi recitabo temporumque meminero quibus quaque re defraudati estis.

---

die im Eingange § 4 aufgezählt sind (*τρίτον ὧν προσετάξατε αὐτῷ*), ausgefallen in der Form *μηδὲν ὧν ἐψηφίσασθε* (*προσετάξατε αὐτῷ*) *πεποιηκότα* (*ποιήσαντα*), was an sich nicht fehlen kann und worauf sich die nächsten Worte § 197 *τἀναντία τοῖς ψηφίσμασιν* beziehen. vgl. § 94. 161. 333. nam ut orator § 4 corruptelae criminationem postremam et ad ceteras omnes accedentem (*ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις*) fecit, tota sequenti argumentatione jam animo concepta (et instituit hanc ita: Phocensium interemptionis collegas primum convincit — factam enim esse nuntiis eorum falsis perniciosisque consiliis —, tum consultae interemptionis — pecuniam enim eos accepisse — omninoque proditionis cum Philippoque conspirationis. — exitiosa enim temporis consumptio mandatorumque neglectio per se malignitatem largitionemque arguunt), et ut § 333 rursus, ubi tria criminationum paria seriem temporum sequentia constituit, quibus septimam adjunxit, corruptelae crimen statim cum primo mali consilii crimine copulavit: simili variatione hoc loco decreti vel a senatu vel a populo facti violationem, quae quasi omnia *παραπρεσβείας* crimina complecteretur, retinere potuit, ut eam amplificatam opponeret religioni legumque observantiae judicum.

Digitized by Google

Praeocc. tert. **134—146.** *Τάχα τοίνυν ἴσως καὶ τοιοῦτος ἥξει τις λόγος παρὰ τούτων, ὡς ἀρχὴ γενήσεται πρὸς Φίλιππον ἔχθρας, εἰ τῶν πρεσβευσάντων τὴν εἰρήνην καταψηφιεῖσθε ..... οὐ μὴν ἀλλ' ὅτι καὶ φιλίας ἀρχὴ συμφερούσης ὑμῖν οὕτω μᾶλλον ἐκ τῶν εἰκότων γενήσεται, καὶ τοῦτ' οἴομαι δείξειν.* legatis enim condemnatis veram Philippi in vos amicitiam veraque beneficia extitura esse Persarum regis docet exemplum, atque jam existere potuisse exemplum Thebanorum eorumque legatorum.

Praeocc. quart. **147—149 init.** *Οὐ τοίνυν θαυμάσαιμ' ἂν εἰ καὶ τοιοῦτό τι τολμήσει λέγειν, ὡς οὐκ ἦν καλὴν οὐδ' οἵαν ἠξίουν ἐγὼ τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι κακῶς τῷ πολέμῳ τῶν στρατηγῶν κεχρημένων.* sed si civitas victa erat, cur hic, ut eam damnis afficeret, insuper pecuniam accepit? at cum Phocensibus conjuncta Philippo Thebanisque etiam superior fuerat bello; pace omnia perdiderunt legati.

Praeocc. quint. **149 med.** *ἀλλὰ νὴ Δία τοὺς συμμάχους ἀπειρηκέναι φήσει τῷ πολέμῳ.*

. . . .

Praeocc. sext. 188—191. 192—200. *Οὕτω τοίνυν αἰσχρὰ καὶ πολλὰ καὶ πάντα καθ' ὑμῶν πεπρεσβευκὼς περιιὼν λέγει· „τί δ' ἂν εἴποις περὶ Δημοσθένους, ὃς τῶν συμπρέσβεων κατηγορεῖ;“* coactus sum, nisi ipse socius tuus videri volui; at ne collega quidem tuus fui, sed Philocrates et Phryno. neque ego accusator collegii sanctitatem laedo, sed totius patriae tu proditor. Atque non solum omnium, qui publice unquam ad Philippum venerunt, sed etiam qui privatim, hos fuisse pessimos

Digitized by Google

perditissimosque ipsi commonstrarunt, in Olynthiam mulierem captivam crudelissime et libidinosissime se gerentes. quorum flagitiorum sibi conscius priorem suam vitam adhibere non dubitabit, quasi vos nesciatis quae fuerit.

Praeocc. septim. 201—214. *Τοσούτων τοίνυν καὶ τοιούτων ὄντων, ὦ ἄ. δικ., ὧν ἀδικῶν ὑμᾶς ἐξελήλεγκται, ἐν οἷς τί κακὸν οὐκ ἔνι; ...... πρὸς ἓν οὐδ' ὁτιοῦν τούτων ἀπολογήσεται ....., ἃ δ' ἐγὼ πέπυσμαι μέλλειν αὐτὸν λέγειν, ἔστι μὲν ἐγγυτάτω μανίας κ. τ. ἑ.. ἀκούω γὰρ αὐτὸν ἐρεῖν ὡς ἄρ' ἐγὼ πάντων ὧν κατηγορῶ κοινωνὸς γέγονα, καὶ συνήρεσκε ταῦτά μοι καὶ συνέπραττον αὐτῷ, ἔπειτ' ἐξαίφνης μεταβέβλημαι καὶ κατηγορῶ.* sed si verum est, eo nondum ipse criminationibus liberatur; nam aut quae fecit se non fecisse ei demonstrandum est, aut fecisse quidem sed civitati profuisse. at ne verum quidem est. cujus rei hunc ejusque socios ipsos testes adhibebo. nam nisi Aeschines, orator summa voce, et Philocrates, homo inpudentissimus, scelerum suorum meaeque integritatis conscii essent, non semper tacuissent, cum ego, homo timidissimus, ut illis, vel cautissimus, ut mihi videor, toties iis scelera illa exprobrarem; neque Aeschines nuper in Piraeeo me intercedente a legatione prohibitus denuntiationem publicam minitatus mihi esset, sed statim paucis verbis societatem mihi omnium facinorum coram populo objecisset; neque, quod est maximum, me retinere conatus esset, ne post secundam legationem iterum rationem redderem. (Dum hujus rei testes vocantur, orator judices rogat ne Aeschini si pro defensione in vitam suam privatam con-

Digitized by Google

vicia conferat aures praebeant; neque enim se esse reum, neque sibi postea altera oratione ea refellere licere.)

215—220. 221—228. 229—233 init. **234—236.** 233 ult. . . . . . . *πῶς οὖν ταὐτὰ ἐμοὶ καὶ τούτῳ πέπρακται;* . . . . . . *ἀλλ' ὅμως ἐρεῖ.* nam omnia molietur, ne poenam det. sed vos, judices, ignominiam propter res turpiter et consulto perditas in auctores repellite, quae facta sunt omnesque scitis, excutientes. si omnia, quae hi vobis promiserunt, ex pace nata sunt vosque tam miseri fuistis, ut, quae eventura erant audientes, tamen pacem decerneretis, absolvite Aeschinem; sin autem hi mentiti sunt vosque deceperunt, condemnate. Et profecto considerate, cur eos accusaverim, si nihil in se admiserunt. ut plures inimicos mihi redderem? an quia simultas antecessit? an metu? an calumnia et quaestus causa? verum nuntiavi justi et veritatis gratia et bonae apud vos existimationis; odi istos quia sceleratos in legatione vidi propriisque honoribus per eos destitutus sum; accuso nunc eos ut discernatis contraria mihi istisque facta esse. nam vereor ne vos, nunc supini, aliquando me quoque integrum in eandem cum his perditis ruinam trahatis. ita enim enervati estis, ut Philocles, antea mihi amicus, nunc, quia se semper a Philippo observari credit, meam consuetudinem fugiat Aeschinisque petat, patriae vero amantes tanta vestra surditate et caecitate utantur, ut cum his sceleratis ego nunc ex aequo certem. causa est, quod regi, qui unus est, eadem est utilitas quae regno, vos, qui multi estis, praeter civitatis utilitatem vestras quique sequimini; quae singulae conjunctae illam majorem eversurae sunt.

Digitized by Google

Quod hodie ne patiamini, sed consideretis, quid tota Graecia judicatura sit si hunc absolvetis, quis civium justum se in posterum sit praebiturus, si Aeschines, Philocrates, Phryno impune abibunt. (Dum testes de Phrynonis flagitio acciuntur, orator, ne forte adversarius laudatione sua publica epulisque legatis Philippi apparatis in se utatur, eas post primam legationem statim factas esse monet.)

Praeocc. octav. **332—336.** *Εἶπε τοίνυν μοί τις ἄρτι προσελθὼν πρὸ τοῦ δικαστηρίου πρᾶγμα καινότατον πάντων, Χάρητος κατηγορεῖν αὐτὸν παρεσκευάσθαι, καὶ διὰ τούτου τοῦ τρόπου καὶ τούτων τῶν λόγων ἐξαπατήσειν ὑμᾶς ἐλπίζειν.* sed esto, ut Aeschines omnia vera de eo dicat: non quicquam in bello factum, non pacem ipsam criminor, sed inde *ἄρχομαι κατηγορεῖν· τοῦ ποιουμένης τῆς πόλεως τὴν εἰρήνην Φιλοκράτει συνειπεῖν, ἀλλὰ μὴ τοῖς τὰ βέλτιστα γράφουσι καὶ τοῦ δῶρα εἰληφέναι, τοῦ μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς ὑστέρας πρεσβείας τοὺς χρόνους κατατρῖψαι καὶ μηδὲν ὧν προσετάξαθ' ὑμεῖς ποιῆσαι, τοῦ φενακίσαι τὴν πόλιν καὶ παραστήσαντα ἐλπίδας, ὡς ὅσα βουλόμεθ' ἡμεῖς Φίλιππος πράξει, πάντ' ἀπολωλεκέναι, τοῦ μετὰ ταῦθ', ἑτέρων προλεγόντων φυλάττεσθαι τὸν τοσαῦτα ἠδικηκότα, τοῦτον ἐκείνῳ συνηγορεῖν.* haec, judices, firmiter memoria tenete ex omnibusque diverticulis in causam ipsam reum reicite. *ἂν οὕτω φυλάττητε αὐτὸν, οὐχ ἕξει τί λέγῃ, ἀλλὰ τὴν ἄλλως ἐνταῦθ' ἐπαρεῖ τὴν φωνὴν καὶ πεφωνασκηκὼς ἔσται.*

Ἐπίλογος. **337—340.** *Καίτοι καὶ περὶ τῆς φωνῆς ἴσως εἰπεῖν ἀνάγκη ...... οὕτως οὖν ἀκούετε*

Digitized by Google

τούτου ὡς πονηροῦ καὶ δωροδόκου καὶ οὐδ' ὁτιοῦν ἐροῦντος ἀληθές.

237—240. *Ἴσως τοίνυν ἀδελφὸς αὐτῷ συνερεῖ, Φιλοχάρης, καὶ Ἀφόβητος.* hi fratres omnes tres summis populi beneficiis fructi sunt inmerito. nihilo minus unus ex iis tanta commisit, et reliqui duo ei subvenient; nam fratris auxilio veniam poscent. at vos, judices, juris jurandi sanctitatis memineritis neque eum absolvite, qui Timarchum jam jam legationem ejus palam facturum in perniciem adducens in se ipse testatus est.

241—287. *Τοῦτο τοίνυν, ἄνπερ ὑμεῖς εὖ φρονῆτε, καθ' αὐτοῦ συμβήσεται τούτῳ πεπρᾶχθαι, οὐ μόνον κατὰ τοῦθ' ὅτι παμμέγεθες σημεῖόν ἐστι τῶν πεπρεσβευμένων, ἀλλ' ὅτι καὶ κατηγορῶν ἐκείνους τοὺς λόγους εἶπεν οἳ κατ' αὐτοῦ νῦν ὑπάρχουσιν.* nunc ne tu ipse e causa evagere. adversus te ipsum fama testimonium dicit et quidem omnium Graecorum, te mercede corruptum denuntians. adversus te ipsum Philocratis consuetudo testimonio est, qui pecuniam se accepisse aperte fatetur. ipse Aeschines orationum scriptor et sophista arguitur esse, cum versus ex Euripidis Phoenice, fabula ei histrioni nunquam acta, in Timarchum conquireret, quamquam ex Sophoclis Antigona alii saepe ei recitati ipsum adhortabantur, ut patriae meminisset tam de se suisque meritae. non Solonis statua, manum pallio condens, nondum ante quinquaginta annos dedicata commemoranda ei fuit, ut Timarchi in dicendo intemperiem reprehenderet; sed ipsi manum intus tenenti Solonis amor patriae imitandus, ne Amphipolin proderet. et sane, deorum praesentia, quam Solo Athe-

nas adversus cives malignos tueri dicebat, etiam in hac causa cernitur, quae eorum numine nunc demum in judicium intravit, cum Aeschinem impunitum ferre non potestis. qui enim morbus apud Thessalos jam libertatem evertit, apud Eleos caedes effecit, apud Arcades Argivosque turbas adulandique libidinem adduxit, is per Graeciam vagans etiam huc se insinuavit. quem qui inportaverunt, quamdiu fieri potest, ignominia afficite, Olynthiorum memores, quorum proditores plebiscitis ipsi notastis. reputate qui pecuniam accipit statim proditorem fieri et, quidquid proditur, proditores eodem odio dignos esse. majores imitamini, qui viros multo nobiliorum generum meritisque multo majoribus ob minora crimina puniverunt, et prioribus temporibus et nuper. ipsius Aeschinis verba recordamini, quae in Timarchum dixit, nervis opus esse civitati in homines sceleratos neque Timarchi matrem aut liberos miserandos. si Aeschines eos qui se laeserint, capitis deminuere justum putavit, quanta poena de eo sumenda est, qui res civitatis ita violavit? neque adolescentium causa Timarchum Aeschines accusavit, utpote quem jam antea quam ipse in Macedonia corrumperetur accusare potuerit; sed quia patriae prospiciens mortis supplicium statuit, si quis tela naviumque armamenta ad Philippum portasse convinceretur, eum accusavit, et quidem stupri, affinibus ipsis Nicia et Epicrate et fratre Aphobeto adstantibus.

288—300. Per Aeschinem vos, Athenienses, in eam conditionem turpem nunc redacti estis, ut anxie auscultetis, quid Arcadibus, quid Amphictyonibus pla-

Digitized by Google

cuerit, quid Philippus jam facturus sit. sed me Philippus non terret, *ἂν τὰ παρ᾽ ὑμῶν ὑγιαίνῃ, ἀλλ᾽ εἰ παρ᾽ ὑμῖν ἄδεια γενήσεται τοῖς παρ᾽ ἐκείνου μισθαρνεῖν βουλομένοις καὶ συνεροῦσί τινες τούτοις τῶν ὑφ᾽ ὑμῶν πεπιστευμένων.* quid, Eubule, propinquis tuis patrocinatus non es, patrocinaberis vero Aeschini, qui Aristophonti adversus te opitulatus est? qui, postquam tu pacem ignominiosam fieri sivisti[1]), ipse eam cum sociis suis civitati in perniciem vertit? tu animum tuum Philippo infestum esse saepe asseverasti ejusque ministros servabis? non id genus homines quos tu accusare soles Elidem Olynthum Megara everterunt et prodiderunt, sed qui super multitudinem tolli Philippique amici appellari student, sicuti Perilaus milites mercenarios in Megara introduxit, Ptoeodorus vero, qui pro illo deprecatus erat, omnia intus apparavit. sane ne quis populo potentior fiat cavendum est, praesertim si vel in judiciis dominari conatur. quales populi rectores et deorum oracula aversantur et humana ratio ipsa, quae nihil Philippo magis optatum evenire posse intellegit, quam si ei, qui populi se res curare profitentur, ejus inimicis amici fiunt.

---

[1]) § 291. 292 enim Demosthenem scripsisse contendo *ἐπειδὴ δὲ σὺ μὲν τουτουσὶ δεδιξάμενος, καὶ φήσας καταβαίνειν εἰς Πειραιᾶ δεῖν ἤδη καὶ χρήματ᾽ εἰσφέρειν καὶ τὰ θεωρικὰ στρατιωτικὰ ποιεῖν, ἢ χειροτονεῖν ἃ συνεῖπε μὲν οὗτος ἔγραψε δ᾽ ὁ βδελυρὸς Φιλοκράτης, αἰσχρὰν ἀντ᾽ ἴσης εἴασας γενέσθαι τὴν εἰρήνην, οὗτοι δὲ τοῖς μετὰ ταῦτ᾽ ἀδικήμασι πάντ᾽ ἀπολωλέκασι, τηνικαῦτα διήλλαξαι;* idque in *Σ* codice fuisse, in quo inter *ἀντι* et *γενεσθαι* novem litterae erasae sunt.

Digitized by Google

301—314 + 341—343. *Ταῦτα τοίνυν ἐφ' ὑμῖν ἐστὶν ἀμφότερα, ἐὰν βούλησθε, ἀχρεῖα ποιῆσαι τήμερον, ἐὰν τῶν μὲν μὴ ἐθέλητε ἀκούειν τοῖς τοιούτοις συνηγορούντων, ἀλλ' ἐπιδείξητε ἀκύρους ὄντας ὑμῶν (νῦν γάρ φασιν εἶναι κύριοι), τὸν δὲ πεπρακόθ' ἑαυτὸν κολάσητε, καὶ τοῦθ' ἅπαντες ἴδωσιν.* omnium enim proditorum hic ira est dignissimus qui Philippum a se primo omnium Graecorum hostem cognitum esse jactavit, qui vos ut totam Graeciam contra illum, ut vocabat, barbarum Graeciaeque pestem ascisceretis hortatus est, qui, cum Atrestidas captivas mulieres Olynthias a Philippo dono ei datas puerulosque secum abduceret, de Graecia flevit; tum vero subito ad Philippum transfugit, ceterorum Graecorum nulla amplius ratione habita ut pax cum Philippo rege, ut jam dixit, Graecis amicissimo fieret suadens idque una cum Philocrate qui idem quod Atrestidas fecit. si liberos suos adducet, liberorum memineritis sociorum vestrorumque, qui pacis condicionibus etiam futuri temporis spe orbati sunt; si ipse lacrimabit, eum memineritis flagitasse ipsum ut Philippi ministros sociosque legatis in Arcadiam missis ibi curaretis puniendos; quam poenam nunc hoc loco vobis ipsi sumere potestis. quia de majorum laude et gloria detraxit, quia facultates vestras pessumdedit, inde cives etiam despiciens, quia hoc damnato Philippus aut populum ipsum colere cogetur aut ministris suis promptis privabitur (nam hos terrebitis, ceteros vero cives confirmabitis): omnibus in hunc statuite exemplum, et civibus et ceteris Graecis.

Digitized by Google

DE ORATIONE MIDIANA.

Demonstrasse mihi videor de male gesta legatione orationem pertractatam esse et absolutam a Demosthene, ab alio vero ex oratoris schedis turbata forma foras emissam. sed ne quid aliis quoque ejusdem orationibus tale factum sit, est videndum; atque ante ceteras merito excutiatur Midiana, de qua idem quod de illa oratione veterum judicium servatum est apud Photium, post intervalla ad easdem sententias convertentem Demosthenem videri sibi ipsum aemulari, quasi se exercitaret neque in ipsis certaret causis; quam ob rem quosdam dixisse utramque orationem in commentariis relictam esse neque ad editionem expurgatam. quod judicium sicuti de ementitae legationis oratione maximam ad partem falsum puto, ita de Midiana jure id mihi probasse videntur Taylorus et Spaldingius in editionibus suis, Boeckhius „Ueber die Zeitverhältnisse der demosthenischen Rede gegen Meidias“ in act. acad. Berol. a. 1818—1819 p. 70—77, A. Schaeferus „Entwurf der Rede wider Meidias“ in additam. p. 58—63, itemque jure statuisse Boeckhius et ab hoc recepisse Schaeferus idem unam orationis partem paene totam a Demosthene ipso inperfectam esse relictam; quae contra Spengelius in philol. tom. XVII (1861) p. 606—613 suis numeris praeditam fuisse orationem contendit; utrum vero retractationem extremamque limam desideraverit necne non dijudicat, affirmans tamen praeter unum argumentum

5*

Digitized by Google

cetera ad illud evincendum nihil valere; denique orationem perhibet post auctoris manum adversa fortuna afflictam inmutatamque esse. quattuor ante Spengelium annis O. Hauptius „Die Midiana des Demosthenes“, § 184—192 ut interpolatione eiciendis, offensiones orationis tollere studuit. (cf. idem in diar. antiqu. stud. XV a. 1857. n. 82.)

Orationem scriptam esse statim post populi *καταχειροτονίαν* priusquam Demosthenes cum Midia transegit jusque Atticum neglegens judicum quoque calculis causam subicere destitit Boeckhius cognovit. simul satis mihi ab eo aliisque argumenta videntur allata esse nos eam e transactionis tempore incohatam et inperfectam habere. sed horum argumentorum quae mihi validissima videntur hic repetere non alienum duco a proposita mihi dispositionis consideratione. unum est, quod a Tayloro primo litteris mandatum est, sed offensionem statim cuique moveat veteresque jam ad illam opinionem adduxerit, sed num solum, ut Spengelius vult, scire nequimus, repetitio earundem sententiarum quae § 101 et § 184 invenitur. illic enim in Stratone arbitro commiserando judicumque animis in Midiam inflammandis huic nulla dicitur defensio esse, sed solum refugium misericordia per liberos movenda, quae minime ei debeatur; quod orator demonstrat conparans societatem hominum eorumque inter se agendi rationem cum erano. hic inverso ordine antecedit paene iisdem verbis eadem conparatio, tum quam Midias per liberos conaturus sit miseratio iterum praesumitur. utraque pars sine controversia ab oratore ipso profecta est, fortasse

Digitized by Google

quae anteit sequenti posterius. sed utramque oratorem in expolita oratione ita reliquisse credi non potest. deinde § 71, ubi Sophilus per Euthynum, Boeotus per Euaeonem interempti commemorantur, quamquam res multis notae erant atque priora verba recta pronuntiatione accedente ab auditore attento intellegi poterant[1]), posteriora quo modo intellegenda sint, mox § 73 docetur, tamen Demosthenes paullo, ut videtur, luculentius locutus esset, si adhibuisset limam. majores difficultates tum insunt in praeoccupatione § 25—28. profectae mihi videntur illae inde. secundum jus Atticum de injuriis per Dionysia acceptis προβολή quidem dabatur et a populo decernebatur num adesset ἀδικία περὶ τὴν ἑορτήν et, si videbatur, per suffragia id declarabatur; sed postea nulla hoc nomine *peculiaris actio* dabatur, qua *choregus*, de cujus ἀρχῇ non constabat, tamen si festo tempore *quatenus choregus* erat laesus erat, quia in eo tum populi simul majestas — τὸ ὅσιον fortasse eam dicere licet — erat violata, ulcisci potuit; sed *accedebat* tantum illa populi declaratio ἀδικηθῆναι περὶ τὴν ἑορτήν, discrimen rei *augens*, ad eam actionem, quam accusator ex actionibus per se datis eligebat; hic igitur, cum Demosthenes γραφὴν ἀσεβείας, quae τοῦ ἱεροῦ laesionem persequebatur, ut nimis gravem tristemque repudiaret, ad γραφὴν ὕβρεως, quam *civi Atheniensi, quatenus civis Atheniensis* contumeliis affectus erat, instituere licebat. hoc fiebat ut quivis accusator post

---

[1]) Ὁ τύπτων § 71 aut cum Vatero mutandum est in τύπτοντα aut est delendum. cf. Boeckhius p. 76 adn. 1.

Digitized by Google

προβολήν factam omnia apud judices moliri cogeretur, ut his *προβολή* et *γραφὴ ὕβρεως*, quae notione diversae, conexae erant usu, ejusdem quasi actionis partes viderentur et haec illius finis; praecipue vero ad id inpellebatur Demosthenes multo tempore post *προβολήν* interjecto, memoria injuriarum paullum obscurata, infirmata vix Midiae potentia. cf. § 6 *ἣν καταχειροτονίαν ὁ δῆμος ἐποιήσατο, ταύτην εἰσέρχομαι* (§ 217 extr.); § 216 ... *πάντων ἂν μοι δεινότατον συμβαίη, εἰ ... ἐπειδὴ ... κεχειροτόνηται μὲν ὕβρις τὸ πρᾶγμα εἶναι ..., τηνικαῦτ' ἀποψηφιεῖσθε ὑμεῖς,* cum propria locutione, *περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικεῖν,* praeterea § 1, 9, 28, 175, 214, alibi constanter utatur; § 227 *ἐπειδὴ ... προκατέγνωκεν ὁ δῆμος τούτου,* cum propria vox sit *κατεχειροτόνησε.* (e contrario *κατεψήφισται* verbo § 151 fingit de populo amicos Midiae orator utentes.) altera ex parte orator hoc loco § 25—28 conatur *προβολὴν* cum *γραφῇ ὕβρεως* conjunctam notione distinguere ab mera *γραφῇ ὕβρεως,* quod prospere ei cedere non potuit, sed aut nimium aut parum dicere cogebatur. cf. § 26 *εἰ μὴ προὐβαλόμην αὐτὸν ἀλλ' ἐδικαζόμην.* § 25 *ἔστι δὲ ... οὐκ ἄδηλος ἐρῶν ..., ὅτι δίκας ἰδίας μοι προσῆκεν αὐτῷ λαχεῖν ..., βλάβης* et *ὕβρεως, οὐ μὰ Δί' οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν αὐτὸν καὶ τίμημα ἐπάγειν ὅ τι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι.* (cf. § 33 sq.) haec intellegi possunt et dicere licebat; sed cum § 28 dicat *εἰ δ' ἐγὼ τὴν ἐπὶ τῶν ἰδίων δικῶν πλεονεξίαν ἀφεὶς τῇ πόλει παραχωρῶ τῆς τιμωρίας, καὶ τοῦτον εἱλόμην τὸν ἀγῶνα ἀφ' οὗ μηδὲν ἔστι λῆμμα λαβεῖν ἐμοί,* aut de industria mentitus est, cum ne mera

quidem *γραφὴ ὕβρεως* ullum accusatori lucrum pararet, aut erat, si ultimam manum admovisset, verba emendaturus. tum in § 213 *Πλούσιοι πολλοὶ συνεστηκότες ὦ ἄ. Ἀ. τὸ δοκεῖν τινὲς εἶναι προσειληφότες ὑμῶν παρίασι δεησόμενοι* jure offenditur. nulla enim transitionis particula posita hic multi divites congregati pro Midia deprecaturi esse dicuntur, quasi non idem modo dictum sit de Philippide, Mnesarchide, Diotimo, nonnullis aliis divitibus non nominatim additis. equidem puto § 213—227 partem, quae ultima est epilogi conparataque est ad judices permovendos, ut eadem qua populus indignatione impleti Midiam condemnarent, ante § 208—212 exaratam esse, antequam certo sciret qui divitum judices pro Midia rogaturi essent. nam si eos jam compertos habuisset, non praetermisisset § 215 monere *eorundem* Mnesarchidis et Philippidis preces jam antea a populo rejectas esse. atque si conjecturam palam facere licet, videntur mihi haec ultima epilogi pars et prior prooemii § 1—8 init., quae sententiis accuratissime inter se respondent, dispositione (cf. § 7. 227. 225) excogitata inter primas esse conscriptae. denique § 22 animadvertenda est. ibi Buttmannus et Boeckhius intellexerunt post *λέγε μοι τὴν τοῦ χρυσοχόου πρώτην λαβὼν μαρτυρίαν. ΜΑΡΤΥΡΙΑ.* verba multa desiderari, scilicet totam orationis partem, omnia testimonia, per quae confirmaturus erat, omnesque ad ea aditus postque ea epiphonemata, per quae aucturus erat Demosthenes contumelias, quas ipse choregus et una secum chorego populus passus esset. cf. § 21 *ἐξελέγξω δὲ πρῶτον μὲν ὅσα αὐτὸς ὑβρίσθην, ἔπειθ᾽ ὅσα ὑμεῖς.*

Digitized by Google

jam Buttmannus alterius argumenti auctorem etiamtum hanc partem integram legisse posse conicit, cum scriberet p. 511 R. *καὶ δὴ καὶ ὡς ὁ Δημοσθένης λέγει, ὅτι, ὀμνυόντων τῶν κριτῶν τῷ καλῶς ᾄσαντι δοῦναι τὴν νίκην, νύττων αὐτοὺς ὁ Μειδίας ἔλεγε „πλὴν Δημοσθένους"· ὅθεν ὁ Δημοσθένης ἐβόα ἐλέγχων αὐτόν* et paullo post *ἐν ᾧ (τῷ παρόντι λόγῳ) καὶ διαβάλλει (Δημοσθένης) τὸν Μειδίαν ὡς κλέψαντα τῶν χρυσῶν στεφάνων ὁντινοῦν παρὰ τοῦ χρυσοχόου;* atque Turicenses *ἐκλώζετε* vocem ab Harpocratione e Midiana citatam ex hac parte sumptam putaverunt. sed rectius alii hanc vocem ad p. 586, 17 rettulerunt, jureque Westermannus „de litis instrumentis quae extant in oratione Mid." p. 9—10, et Spengelius p. 612 ullam argumenti auctori ejus rei fidem denegarunt. atque posteriora ejus verba mihi orta videntur ex falsa § 218 interpretatione *οὐ γὰρ ἐκ πολιτικῆς αἰτίας, οὐδ' ὥσπερ Ἀριστοφῶν ἀποδοὺς τοὺς στεφάνους ἔλυσε τὴν προβολήν, ἀλλ' ἐξ ὕβρεως ... κρίνεται,* non e § 147 *τὸ δ' ὅλως ἀφανίζειν ἱερά,* ubi praeterea nescimus an non ille quoque scriptor *ἱερὰν ἐσθῆτα* legerit; priora autem verba manaverunt ex voluptatis lectorum captiosa neque cum optima antiquitatis scientia conjuncta interpretatione paragraphi 65 *οὐδέ γε ἐκεῖνο οὐδεὶς ὑμῶν οἶδ' ὅτι μνημονεύει πρότερον τῶν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἢ καὶ τοῖς κοινοῖς ἐχθρῶν ἀλλήλοις οὐδένα οὔτε καλουμένων τῶν κριτῶν παρεστηκότα, οὔθ' ὅταν ὀμνύωσιν ἐξορκοῦντα, οὔθ' ὅλως ἐπ' οὐδενὶ τῶν τοιούτων ἐχθρὸν ἐξεταζόμενον,* ad quam Taylorus ea jam rettulit. quamquam hoc acerbe dicto *ἐξορκοῦν* Demosthenes respexisse videtur ad ea quae consilium

Digitized by Google

ceperat antea § 22 exponere. nam non demum per librarios ea omissa esse causa est cur putemus; sed A. Schaeferus recte mihi huic alteri Boeckhii sententiae videtur assensisse „Demosthenes wollte sich bei der ersten Ausarbeitung bei diesen Zeugnissen nicht aufhalten oder konnte es nicht, da er sie vermuthlich noch nicht alle zur Hand hatte.“ sane quidem — hoc recte Spengelius judicat — hanc orationis partem omnium gravissimam oportuit esse; deinde per se veri simile est Demosthenem contumelias per choregiam acceptas in animum induxisse accuratissime testimoniis quam plurimis et locupletissimis singulatim persequi et exaggerare vehementissima oratione intericienda. attamen re vera eum dedisse hanc confirmationem et amplificationem ideo necesse non est. nam *πίστεις ἐντέχνους* omninoque, quantum orationis habemus, facile ipse excogitare et conscribere potuit, *πίστεις ἀτέχνους,* donec darentur, exspectare cogebatur. immo cum hujus partis prima verba, ad primum testimonium aditus, nobis traditus est, praeterea nihil, ratio jubet concludi Demosthenem ipsum relicua non addidisse, sed addere in mente ei fuisse eaque singulatim proferre. itaque Demosthenem hanc in Midiam orationem neque elecutione plane expolitam neque partibus absolutam reliquisse persuasum habeo. simul vero cognovisse mihi videor egregie eum per totam orationem id consilium tenaciter secutum esse, ut judices in eadem indignatione iraque retineret aut ea compleret, qua antea populus affectus Midiam sollemne polluisse declaraverat, atque semper eum menti impressam habuisse partium orationis dispositionem.

Digitized by Google

Sed de dispositione ipsa jam loquendum est. Spengelius enim talem habere nos putat, qualis a Demosthene proficisci non potuerit. offendit maxime in § 23 *Πολλὰ μὲν τοίνυν ὦ ἄ. Ἀ. καὶ περὶ ὧν τοὺς ἄλλους ἠδίκηκεν ἔχω λέγειν, ὥσπερ εἶπον ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου, καὶ συνείλοχα ὕβρεις αὐτοῦ καὶ πονηρίας τοσαύτας ὅσας ἀκούσεσθε αὐτίκα δὴ μάλα .... βούλομαι δέ πρὸ τούτων εἰπεῖν, οἷς ἐπιχειρήσειν αὐτὸν ἀκήκοα ἐξαπατᾶν ὑμᾶς;* non propter *ὥσπερ εἶπον ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου,* quae respiciunt ad verba modo praemissa § 19 *ἔχω δὲ λέγειν καὶ πονηρίας ἑτέρας αὐτοῦ παμπληθεῖς καὶ ὕβρεις εἰς πολλοὺς ὑμῶν καὶ τολμήματα τοῦ μιαροῦ τούτου πολλὰ καὶ δεινά;* nam haec excusationem habent, ut Spengelius ipse concedit, propter omissionem, de qua diximus, totius orationis partis; sed offendit propter *ὅσας ἀκούσεσθε αὐτίκα δὴ μάλα.* referenda enim esse haec verba ad alteram confirmationis partem primariam, ad vitam Midiae improbandam, quae § 128 demum incipiat; objectiones tantum Midiae refutaturum se dicere Demosthenem, antequam ad hanc transeat; tamen § 42—127 prioris confirmationis partis primariae, causae ipsius, nobis relicuas esse; quamvis igitur juncturae paragraphorum 41 et 42, atque 127 et 128 aptae sint, tamen § 23—41 post § 127 ponendas esse, ut quae prioris partis relicua sint coeant, ipsae § 23—41 transitum faciant prioris ad alteram partem. Quae num recte disputaverit Spengelius necesseque sit § 23 de alterius partis primariae initio cogitare, jam videamus. post exordium § 1—12 et narrationem § 13—18 ita Demosthenes quae evicturus sit dividit § 21: *ἐξελέγξω δὲ πρῶτον μὲν ὅσα αὐτὸς ὑβρίσθην, ἔπειθ᾽ ὅσα ὑμεῖς· μετὰ*

ταῦτα δὲ καὶ τὸν ἄλλον ὦ ἄ. Ἀ. βίον αὐτοῦ πάντα ἐξετάσω, καὶ δείξω πολλῶν θανάτων, οὐχ' ἑνὸς ὄντα ἄξιον. hac divisione, ut recte Spengelius contra A. Schaeferum monuit, efficiuntur duae confirmationis partes, quarum altera inde a § 128 incipit et injurias in reliquos cives praeter Demosthenem et singulos et multos una commissas, *τὸν ἄλλον βίον,* tractat, prior usque ad § 127 pertinet et contumelias Demostheni et per eum populo Atheniensium illatas persequitur. cf. § 7 *ἱκετεύω . . . ἐὰν ἐπιδείξω Μειδίαν τουτονὶ μὴ μόνον εἰς ἐμὲ ἀλλὰ καὶ εἰς ὑμᾶς καὶ εἰς τοὺς νόμους καὶ εἰς τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὑβρικότα, βοηθῆσαι καὶ ἐμοὶ καὶ ὑμῖν αὐτοῖς,* § 19. § 227. in prioris autem partis primariae summa § 126. 127 rursus duae partes minores discernuntur: *ὅσα μὲν τοίνυν εἴς τε τὴν λειτουργίαν καὶ τὸ σῶμ' ὑβρίσθην, καὶ πάντ' ἐπιβουλευόμενος τρόπον καὶ πάσχων κακῶς ἐκπέφευγα, ἀκηκόατε, ὦ ἄ. Ἀ., καὶ παραλείπω δὲ πολλά,* contumeliae quas per choregiam perpessus sit, et insidiae omnis generis quas evitaverit. harum partium posterior continetur § 77—125; incipit ita: *οἶμαι τοίνυν τινὰς ὑμῶν ὦ ἄ. δικ. ποθεῖν ἀκοῦσαι τὴν ἔχθραν, ἥτις ἦν ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους· νομίζειν γὰρ οὐδένα ἂν ἀνθρώπων οὕτως ἀσελγῶς καὶ βιαίως οὐδενὶ τῶν πολιτῶν χρήσασθαι, μὴ μεγάλου τινὸς ὄντος ὃ αὐτῷ προωφείλετο;* tum (§ 77—101) insidias a Midia ejusque fratre Demostheni in lite tutoria structas narrat, ex quibus *δίκαι κακηγορίας* et *ἐξούλης* Demosthenis contra Midiam cassae profectae sint, crudelitas Midiae in Stratonem, arbitrum probrum, efficax, tum transgreditur ad insidias (§ 102—125) quas Midias post *προβολήν* usque ad no-

vissimum tempus instituere non destiterit, moliens γραφὴν λιποταξίου in Demosthenem, deferens in eum Nicodemi necem[1]), rerum in Euboea infelicium culpam ei tribuens, accusans eum cum senator factus examinaretur. omnia haec narrantur, ut Midias tanto majorem invidiam meruisse videatur. cf. § 77 βούλομαι δὴ καὶ περὶ ταύτης (τῆς ἔχθρας) ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς εἰπεῖν καὶ διηγήσασθαι ἵν' εἰδῆθ' ὅτι καὶ τούτων ὀφείλων δίκην φανήσεται; § 108 περὶ πάντων ὧν ἂν ἀκούητε τοῦθ' ὑποθέντες ἀκούετε τῇ γνώμῃ, τί ἄν, εἴ τις ἔπασχε ταῦθ' ὑμῶν, ἐποίει, καὶ τίν' ἂν εἶχεν ὀργὴν ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς τὸν ποιοῦντα. ἐγὼ γὰρ ἐνηνοχὼς χαλεπῶς ἐφ' οἷς περὶ τὴν λειτουργίαν ὑβρίσθην, ἔτι πολλῷ χαλεπώτερον ὦ ἄ. Ἀ. τούτοις τοῖς μετὰ ταῦτα ἐνήνοχα καὶ μᾶλλον ἠγανάκτησα κ. τ. ἑ.. prior pars (§ 21 extr.—76), de qua relicuum est ut disputemus, rursus e duobus capitibus constat, ut Demosthenes ipse hac transitione § 42 docet: Ἀλλὰ μὴν ὁπηνίκα καὶ πεποιηκὼς ἃ κατηγορῶ καὶ ὕβρει πεποιηκὼς φαίνεται, τοὺς νόμους ἤδη σκοπεῖν δεῖ, ὦ ἄ. Ἀ.. in posteriore igitur capite (§ 42—76), postquam exposuit, quam leges severe superbiam in quibuscumque condicionibus inveniretur punirent,

[1]) Spengelius dicit p. 610 sq. has λιποταξίου et φόνου causas (omnino poterat dicere totam partem § 101—125) Demosthenem significare jam § 19 his verbis: καὶ πόλλ' ἕτερα ὧν ὅσ' ἂν οἷός τε ὦ (cf. § 126 καὶ παραλείπω δὲ πολλά) διέξειμι πρὸς ὑμᾶς αὐτίκα δὴ μάλα. equidem non negarim. sed si Demosthenes orationem expolivisset, id quoque puto eum paullo accuratius expressurum fuisse, cum illa verba adjecta sint ad haec: Τὰ μὲν οὖν εἰς ἐμὲ καὶ τοὺς φυλέτας ἠσελγημένα καὶ περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικήματα τούτῳ πεπραγμένα, ἐφ' οἷς αὐτὸν προὐβαλόμην, ταῦτ' ἐστὶν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.

Digitized by Google

quam juste inpietatis etiam actionem instituere potuisset, quam diligenter populus legibus, pudore suo quam religiose tum synchoregi tum vel inimici caverent ne res divinae intermitterentur earumque sanctitas violaretur, his verbis supremum supplicium ut de Midia sumatur flagitat § 70: *Εἰ τοίνυν τις ὑμῶν ὦ ἄ. Ἀ. ἄλλως πως ἔχει τὴν ὀργὴν ἐπὶ Μειδίαν ἢ ὡς οὐ δέον αὐτὸν τεθνάναι, οὐκ ὀρθῶς ἔχει;* nam si nihil insanabile ex Midiae temeritate ortum sit, suae id temperantiae uni tribuendum esse. in priore vero capite vldendum est num Demosthenes coarguerit Midiam fecisse quorum accusaverat eum, superbiaque fecisse; vel potius, cum omnes per choregiam sibi illatas contumelias Demosthenem § 22 satis superque testimoniis confirmaturum fuisse jam intellexerimus, quaerendum est primum num refutatio § 24—41 ad hanc confirmationem faciat ad eamque unam pertineat, deinde num apte ab illis testimoniis ad eam transeatur rursumque ab hac ad poenam constituendam crimenque augendum (§ 42—76). Atque prima praesumptio *ἔστι δὲ πρῶτον μὲν ἐκεῖνο οὐκ ἄδηλος ἐρῶν ... ὡς εἴπερ ἀληθῶς ἐπεπόνθειν ταῦτα ἃ λέγω, δίκας ἰδίας μοι προσῆκεν αὐτῷ λαχεῖν, τῶν μὲν ἱματίων καὶ τῶν χρυσῶν στεφάνων τῆς διαφθορᾶς καὶ τῆς περὶ τὸν χορὸν πάσης ἐπηρείας βλάβης, ὧν δ᾽ εἰς τὸ σῶμα ὑβρίσθαι φημί, ὕβρεως, οὐ μὰ Δί᾽ οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν αὐτὸν καὶ τίμημα ἐπάγειν ὅτι χρὴ παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι* jure mihi omnium praesumptionum primum locum tenere et necessitate quadam continuo post orationis partem inde ab initio usque ad § 22 prolatam sequi videtur. postquam enim Demo-

sthenes in priore exordii parte § 1—8 init. judicibus rationem causae exposuit eosque cohortatus est, uti populus *καταχειροτονίᾳ* ipseque *προβολῇ* et *γραφῇ ὕβρεως* instituenda, ita ut Midia condemnando illi quoque officium suum secundum leges exequerentur: primum ostendere conatur suo se jure hance accusationis viam iniisse. cf. § 8 *ἀναγνώσεται δὲ πρῶτον μὲν ὑμῖν τὸν νόμον, καθ᾽ ὃν εἰσιν αἱ προβολαί· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ περὶ τῶν ἄλλων πειράσομαι διδάσκειν.* recitatio legis hujus et insequentis fit § 9—12; tum narratio et confirmatio contumeliarum, quae eum ad accusandum permoverunt, § 13—18. 21—22. simul atque igitur obiciendi copia Midiae datur, primum Demostheni exspectandum est sibi objectum iri *δίκας βλάβης* et *ὕβρεως* ultioni suffecturas fuisse, non opus fuisse *προβολῇ* conjuncta cum *γραφῇ ὕβρεως*. contra ea jam ostendit elegisse se *τὴν τιμωρίαν τὴν ἐκ τοῦ νόμου κατὰ τῶν περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικούντων οὖσαν* poscitque: *ὡς οὐ πεποίηκεν ἃ κατηγόρηκα, ἢ πεποιηκὼς οὐ περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικεῖ, τοῦτο δεικνύτω. τοῦτο γὰρ αὐτὸν ἐγὼ προὐβαλόμην, καὶ περὶ τούτου τὴν ψῆφον οἴσετε νῦν ὑμεῖς.* haec igitur praesumptio bene locum suum obtineat. tum nova effugia quaeritat Midias; verum semper a Demosthene in causam reicitur, nihilque efficit nisi ut crimen ipsum magis atque magis illustretur. primum obicit § 29—30: „*μή με Δημοσθένει παραδῶτε μηδὲ διὰ Δημοσθένην με ἀνέλητε. ὅτι ἐκείνῳ πολεμῶ, διὰ τοῦτό με ἀναιρήσετε.*“ quibus Demosthenes statim ita occurrit: „*οὐδένα . . . τῶν ἀδικούντων ὑμεῖς οὐδενὶ τῶν κατηγόρων ἐκδίδοτε . . . νόμους ἔθεσθε πρὸ τῶν ἀδικημάτων ἐπ᾽ ἀδήλοις μὲν τοῖς ἀδικήσουσιν ἀδή-*

Digitized by Google

λοις δὲ τοῖς ἀδικησομένοις." tum Midias crimen contrahit § 31—35 „*Δημοσθένης . . . ὕβρισται.*" sed accusator ita restituit: „*ἐμὲ εἰ μὲν ἐν ἄλλαις τισὶν ἡμέραις ἠδίκησέ τι τούτων Μειδίας ἰδιώτην ὄντα, ἰδίᾳ καὶ δίκην προσῆκεν αὐτῷ διδόναι· εἰ δὲ χορηγὸν ὄντα ὑμέτερον ἱερομηνίας οὔσης πάνθ' ὅσα ἠδίκηκεν ὑβρίσας φαίνεται, δημοσίας ὀργῆς καὶ τιμωρίας δίκαιός ἐστι τυγχάνειν* . . . . atque *χρὴ . . . ὅταν μὲν τίθησθε τοὺς νόμους ὁποῖοί τινές εἰσι σκοπεῖν* — atqui praeter *τῆς βλάβης, τῆς αἰκίας, τῆς ὕβρεως* leges, quia pro magnitudine facinorum Dionysiis commissorum eas non putastis sufficere, etiam sacram jussistis —, *ἐπειδὰν δὲ θῆσθε, φυλάττειν καὶ χρῆσθαι.*" denique hoc ultimum anteoccupatur § 36—41: „Enumerabit magistratus, quibus unquam accidit ut contumeliis afficerentur. sed primum solet id fieri, si, quotiescumque in superbiendo aliquis deprehenditur, non dat poenam. deinde nihil Midiae ut eis qui illos magistratus violaverunt condonandum est. *καὶ γὰρ ἐχθρὸς ἦν, καὶ μεθ' ἡμέραν εἰδὼς ὕβριζε, καὶ οὐκ ἐπὶ τούτου μόνον ἀλλ' ἐπὶ πάντων φαίνεται προῃρημένος με ὑβρίζειν.* neque eadem feci atque illi magistratus. neque enim ego ut illi privatim leges nihil curans cum adversario transegi." ita nullae objectiones proferuntur quin accusationis rationem ut nimis gravem perhibeant ad crimenque minuendum conparatae sint; eaeque ita diluuntur ut ex ipsa refutatione appareat *ἀδικίαν περὶ τὴν ἑορτὴν* adesse, *ὕβριν εἰς τὸν χορηγόν.* bene igitur post hanc partem et illa testimonia ita pergi potest § 42 *Ἀλλὰ μὴν ὁπηνίκα καὶ πεποιηκὼς ἃ κατηγορῶ καὶ ὕβρει πεποιηκὼς φαίνεται, τοὺς νόμους ἤδη σκοπεῖν δεῖ,*

Digitized by Google

ὦ ἄ. δικ.· κατὰ γὰρ τούτους δικάσειν ὀμωμόκατε. καὶ θεωρεῖθ᾽ ὅσῳ μείζονος ὀργῆς καὶ ζημίας ἀξιοῦσι τοὺς ἑκουσίως καὶ δι᾽ ὕβριν πλημμελοῦντας τῶν ἄλλως πως ἐξαμαρτανόντων. quae verba, quod ad elocutionem attinet, manifesto respiciunt ad ultima § 41: *ἃ μὲν ἄν τις ἄφνω, τὸν λογισμὸν φθάσας ἐξαχθῇ πρᾶξαι, κἂν ὑβριστικῶς τοῦτο ποιήσῃ, δι᾽ ὀργήν γ᾽ ἔνι φῆσαι πεποιηκέναι· ἃ δ᾽ ἂν ἐκ πολλοῦ συνεχῶς ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας παρὰ τοὺς νόμους πράττων τις φωρᾶται, οὐ μόνον δήπου τοῦ μὴ μετ᾽ ὀργῆς ἀπέχει, ἀλλὰ καὶ βεβουλευμένως ὁ τοιοῦτος ὑβρίζων ἐστὶν ἤδη φανερός,* simulque facta sunt ad similitudinem primorum paene totius refutationis § 28, quae fortasse non amplius ulli auditori, attamen auctori orationis certe obversabantur: *ὡς οὐ πεποίηκεν ἃ κατηγορῶ, ἢ πεποιηκὼς οὐ περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικεῖ, τοῦτο δεικνύτω. τοῦτο γὰρ αὐτὸν προὐβαλόμην καὶ περὶ τούτου τὴν ψῆφον οἴσετε νῦν ὑμεῖς.* restat tantummodo transitus alter § 23: *Πολλὰ μὲν τοίνυν ὦ ἄ. Ἀ. καὶ περὶ ὧν τοὺς ἄλλους ἠδίκηκεν ἔχω λέγειν, ὥσπερ εἶπον ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου, καὶ συνείλοχα ὕβρεις αὐτοῦ καὶ πονηρίας τοσαύτας ὅσας ἀκούσεσθε αὐτίκα δὴ μάλα.* in quo quod ad testimonia multa de suis injuriis adhibita testimonia nova de aliis plurimis a Midia in ceteros cives injectis addere se posse orator dicit, hoc optime mihi videtur sese habere aptumque esse ad indignationem judicum jam incitatam augendam. quod vero in refutatione, quam solam indicaverat ante illa se facturum, non subsistit, sed in causa augenda longius longiusque spatiatur: cum auditores facile potuerint promissum illud obliti esse, non tantum id puto

Digitized by Google

facinus esse; cum praesertim ordine quasi a natura praescripto post contumelias per choregiam acceptas ad ceteras sibi per vitam a Midia illatas injurias et post has rursus ad eas quas in relicuos perpetraverit cives transgrediatur, totum tamquam campum sensim ostendens judicibus, in quem effrenata Midiae superbia evagata sit. si vero in *αὐτίκα δὴ μάλα* verbis Spengelius offendit, illud alterum *αὐτίκα δὴ μάλα* § 19, si *ὧν ὅσ' ἂν οἷός τε ὦ διέξειμι* ad § 102—125 demum, ut vult, referenda, § 22 vero omnia testimonia injecta cogitanda sunt, pari fere oportuit ei esse offensioni etiam § 23—41 post § 127 collocatis. quod si quis utriusque loci elocutionem inchoatae orationi condonare malit, equidem non refrager. nam talia excidere puto in prima conscriptione, dum dispositio modo constituta in transitionibus partium informandis nimium valet. (sed mendosum mihi videtur *ἔπειτα* in § 21 *ἐξελέγξω δὲ πρῶτον μὲν ὅσα αὐτὸς ὑβρίσθην, ἔπειτ' ὅσα ὑμεῖς.*)

Prioris igitur orationis partes suis locis positas esse censeo; sed in epilogo duas transferendas videor mihi demonstrare posse. exordiuntur epilogum falso jam a § 128 scholia, non magis recte A. Schaeferus a § 175; Spengelius de hac re non expresse loquitur. incipere eum § 151 et orationis totius dispositio docet et Demosthenes ipse testatur § 225: *δεῖ τοίνυν ... μήτε λειτουργίας μήτ' ἔλεον μήτ' ἄνδρα μηδένα μήτε τέχνην μηδεμίαν εὑρῆσθαι μήτ' ἄλλο μηδέν, δι' ὅτου παραβάς τις τοὺς νόμους οὐ δώσει δίκην.* atque ad secundum caput § 184—204, in quo omnem misericordiam judicum delere, suscitare iracundiam vult (cf. praecipue § 196),

Digitized by Google

pertinere etiam § 175—183 tota earum ratio evincit. sed ubi leguntur neque cum antecedentibus neque cum sequentibus arte cohaerent. ab altera parte et sententiis et verbis abrupte, ut jam Hieron. Wolfio visum est, a Midiae contionibus summo supplicio dignis (§ 202—204) ad ejus patronos advocatosque § 205 transitur. hic jam antiquiores commentatores offendisse scholiastae expositio videtur docere: *ἔστι μὲν τὸ κεφάλαιον εἰσηγμένον κατὰ ἀπόστασιν. ἔξεστι δὲ τὰ τοιαῦτα ἐν ἐπιλόγοις διὰ τὸ εἶναι κομματικὰ καὶ ἀσύνδετα· ὅμως δὲ ὁ ῥήτωρ διὰ τοῦ συνδέσμου συνῆψεν αὐτὰ τοῖς φθάνουσιν· εἰ γὰρ καὶ τοῖς νοήμασιν ἀπέσχισται, τὰ γοῦν τῆς ἀκολουθίας σώζεται.* haec duo sanantur, si partem illam post § 204 interponimus, omniaque tum bene procedunt hoc ordine. postquam nulla officia rei publicae a Midia praestita esse dixit orator, propter quae gratia ei deberetur vel in ejus maleficiis liceret conivere, hoc pleno partesque bene distinguente transitu ad alterum epilogi caput transgreditur *Ἃ τοίνυν οὐδενὸς τῶν εἰρημένων ἧττον ἀναγκαῖον νομίζω πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν, ταῦτ' εἰπὼν ἔτι καὶ βραχέα περὶ τούτων διαλεχθεὶς καταβήσομαι;* beneque sese hic habet *καταβήσομαι*, quod semper in initiis vel epilogorum vel epilogorum capitum, ut consentaneum est, invenitur, non in principio partis intra caput minoris, cf. Chers. § 76. Lept. § 154. Aristocr. § 215. Theocr. § 57. post hunc transitum hominum societate cum erano collata Midiae demonstratur pro ejus symbolis misericordiam humanitatemque denegandam esse. id fit oratione moderata, a qua ad vehementissimam et acerbissimam gradatim assurgitur.

Digitized by Google

conparatione enim illa facta omnia perlustrat Demosthenes, quae Midias moliturus sit: liberos eum adducturum, in se excitaturum judicum invidiam, quasi suis insidiis veteratoriis intereat[1]), populi ipsius contioni non parciturum, tamquam verus populus in Euboeam egressus circumque castella versatus sit, remanserit sentina insidiosorum hominum eumque condemnaverit; confectis tum adversarii machinis irritisque redditis ipse orator insuper addit quae accommodatissima sunt ad judices ab absolutione retinendos odioque summo inflammandos: quid Midiam facturum esse si absolvatur? (ita recipit, quae jam § 186 extr. significaverat.) vel propter contiones[2]) propterque tempora quibus eas habeat summo

[1]) Quod O. Hauptius § 184—192 censuit interpolatas ideoque extirpandas, ei assentire non possum, praesertim cum orationem inchoatam esse persuasum habeam. quin genuina esse vel haec verba demonstrant ad eas respicientia § 195: *ἢ καὶ γελοῖα εἶναι τὰ νῦν, οἶμαι, δάκρυα εἰκότως ἂν αὐτοῦ δοκοίη. τί λέγεις, ὦ μιαρὰ κεφαλή; σὺ τὰ σαυτοῦ παιδία ἀξιώσεις ἐλεεῖν ἢ σὲ τούσδε, ἢ σπουδάζειν εἰς τὰ σά, τοὺς ὑπὸ σοῦ δημοσίᾳ προπηλακισμένους;* (cf. § 204. § 182). Neque causa est, cur Spengelius p. 612 paragraphis 189—192 suspicionem moverit, »hier erwartet man nicht Einwürfe, welche die Person des Demosthenes betreffen« dicens. nam Midias oratorem vocans Demosthenem et circumspectum oratorem bene fingi potuit sperare illi se invidiam, sibi misericordiam conflaturum.

[2]) Hoc argumento (cf. etiam § 198 ... *λέγειν δύναται μόνος*) illa verba, quae Midias § 189 in Demosthenem conjecerat, in ipsum quasi retorquentur. atque haec mihi causa fuisse videtur, cur duae a Demosthene objectiones § 189—190. 191—192 factae sint, una in professionem ejus omnino vertens, altera seorsum in hanc accusationem consideratam. non igitur neglegentiae id cum A. Schaefero imputem, sed consilio tribuam oratoris.

Digitized by Google

supplicio eum multandum esse. ita finit haec pars: *ἄν τι φλαῦρον (ἀπαγγελθῇ) ... πρῶτος ἀνέστηκεν εὐθέως καὶ δημηγορεῖ ... „τοιοῦτοι γάρ ἐστε ὦ ἄ. Ἀ.· οὐδὲ γὰρ ἐξέρχεσθε“ κ. τ. ἑ. ... δεῖ τοίνυν καὶ ὑμᾶς οὕτω νῦν, ὅταν ἐξαπατῶν καὶ φενακίζων ὀδύρηται καὶ κλαίῃ καὶ δέηται, ταῦθ' ὑποβάλλειν αὐτῷ· „τοιοῦτος γὰρ εἶ, Μειδία· ὑβριστὴς γὰρ εἶ· οὐκ ἐθέλεις ἔχειν παρὰ σαυτῷ τὼ χεῖρε. εἶτα θαυμάζεις εἰ κακὸς κακῶς ἀπολεῖ; ἀλλὰ νομίζεις ἡμᾶς μὲν ἀνέξεσθαί σου, αὐτὸς δὲ τυπτήσειν; καὶ ἡμᾶς μὲν ἀποψηφιεῖσθαί σου, σὺ δὲ οὐ παύσεσθαι;“* apte tum sequuntur haec prima verba § 175 *Βούλομαι τοίνυν ὑμῖν ὦ ἄ. Ἀ. καὶ ὅσων ἤδη, καταχειροτονήσαντος τοῦ δήμου περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικεῖν, ὑμεῖς κατεγνώκατε εἰπεῖν καὶ δεῖξαι τί πεποιηκότες αὐτῶν ἔνιοι τίνος ὀργῆς τετυχήκασι παρ' ὑμῶν, ἵνα ταῦτα πρὸς τὰ τούτῳ πεπραγμένα ἀντίθητε* omninoque tota pars § 175—183, commemoratio hominum qui partim diebus festis partim alias et alia ratione peccaverant, sed ut orator perhibet Midia multo leviora, et tamen severissime puniti erant; cujus partis finis bene graviterque totum misericordiae caput ita concludit: *οὔτε παιδία οὔτε φίλους οὔτε συγγενεῖς οὐθ' ὁντινοῦν ἠλεήσατε τῶν παρόντων ἐκείνοις (Σμίκρωνι καὶ Σκίτωνι). μὴ τοίνυν, ἂν μὲν εἴπῃ τις παράνομα, οὕτως ὀργιζόμενοι φαίνεσθε, ἂν δὲ ποιῇ, μὴ λέγῃ, πράως διάκεισθε. οὐδὲν γὰρ ῥῆμα οὐδ' ὄνομα οὕτως ἐστὶ τοῖς πολλοῖς ὑμῶν χαλεπόν, ὡς ὅσα ὑβρίζων τις τὸν ἐντυχόντα ὑμῶν διαπράττεται. μὴ τοίνυν αὐτὸν καθ' ὑμῶν αὐτῶν δεῖγμα τοιοῦτον ἐξενέγκητε, ὦ ἄ. Ἀ., ὡς ἄρα ὑμεῖς, ἂν μὲν τῶν μετρίων τινὰ καὶ δημοτικῶν λάβητε ὁτιοῦν ἀδικοῦντα,*

Digitized by Google

οὔτ' ἐλεήσετε οὔτ' ἀφήσετε, ἀλλ' ἀποκτενεῖτε ἢ ἀτιμώσετε· ἂν δὲ πλούσιος ὤν τις ὑβρίζῃ, συγγνώμην ἕξετε. μὴ δῆτα· οὐ γὰρ δίκαιον· ἀλλ' ἐπὶ πάντων ὁμοίως ὀργιζόμενοι φαίνεσθε. atque quo dignior Midias ira videatur, ne eos quidem qui pro eo oraturi sint tam ei gratum facere velle Demosthenes dicit, quam aegre sibi, leniter et apte sic transiens ad caput insequens. (*Καὶ βοηθοῦσιν οἱ λέγοντες ὑπὲρ αὐτοῦ οὐχ οὕτω τούτῳ χαρίσασθαι μὰ τοὺς θεοὺς βουλόμενοι, ὡς ἐπηρεάζειν ἐμοὶ διὰ τὴν ἰδίαν ἔχθραν, ἥν οὗτος αὐτῷ πρὸς ἐμὲ .... φησὶν εἶναι.*)

Altera pars quae ubi nunc est, et quod ad sententias attinet et quod ad transitiones, arta caret cum antecedentibus et cum sequentibus junctura, sunt § 143—150. hae collocandae sunt post § 170. quo facto ita partes sese excipient. § 142 bene concludetur altera pars confirmationis primaria, quae vitam rei improbat, his verbis alterius praesumptionis *προσήκειν μέντοι τούτῳ μὴ ταῦτα λέγειν ἡγοῦμαι νυνί, ἀλλ' ὡς οὐ πεποίηκέ τι τούτων, ὧν αὐτοῦ κατηγόρηκα, διδάσκειν, ἐὰν δὲ μὴ δύνηται, διὰ ταῦτ' ἀπολωλέναι πολὺ μᾶλλον. εἰ γὰρ τηλικοῦτός τίς ἐστιν ὥστε τοιαῦτα ποιῶν δύνασθαι καθ' ἕνα ἕκαστον ἡμῶν ἀποστερεῖν τοῦ δίκης παρ' αὐτοῦ τυχεῖν, κοινῇ νῦν, ἐπειδήπερ εἴληπται, πᾶσιν ὑπὲρ ἁπάντων ἐστὶ τιμωρητέος ὡς κοινὸς ἐχθρὸς τῇ πολιτείᾳ,* quae in fine collocata haud parva vi prioris praesumptionis similitudinem referent ita § 140 exeuntis: *οὗπερ ἕνεκα συλλέγεσθε ὑμεῖς, ἵνα ὧν καθ' ἕνα ἐστὶν ἕκαστος ὑμῶν ἐλάττων ἢ φίλοις ἢ τοῖς οὖσιν ἢ τῶν ἄλλων τινί, τούτων συλλεγέντες ἑκάστου κρείττους τε γίγνησθε καὶ παύητε τὴν ὕβριν.* recte autem haec altera confirmationis pars

Digitized by Google

non longe producitur, ne mole sua causam ipsam obruat ejusque memoriam obscuret. cf. § 129 sq. *ἃ δ' ἐστὶ μέγιστα καὶ φανερώτατα, ταῦτ' ἐρῶ. μᾶλλον δ' ἐκεῖνο ποιήσω· ἀναγνώσομαι μὲν ὑμῖν, ὡς ἐμαυτῷ γέγραμμαι, πάντα τὰ ὑπομνήματα, λέξω δ' ὅ τι ἂν πρῶτον ἀκούειν βουλομένοις ὑμῖν ᾖ, τοῦτο πρῶτον, εἶθ' ἕτερον, καὶ τἆλλα τὸν αὐτὸν τρόπον, ἕως ἂν ἀκούειν βούλησθε;* § 132 *καὶ τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, μυρία εἰπεῖν ἔχων, περὶ δὲ τῶν συστρατευσαμένων ἱππέων εἰς Ἄργουραν κ. τ. ἑ..* post illum igitur confirmationis finem sic epilogus distincte incipiet § 151 *Τοσούτων τοίνυν καὶ τοιούτων ὄντων τῷ βδελυρῷ τούτῳ καὶ ἀναιδεῖ ὧν βεβίωται;* in quo ante omnia trierchias et liturgias Midiae (§ 151—159), tum donum triremis (§ 160—168) quam maxime potest minuit; tum (§ 169. 170) id quod quodam modo jam § 160 praeparaverat, etiamsi tanta Midiae quanta dicturus sit in civitatem beneficia essent, tamen eum superbiae poenam per ea aufugere non oportere contendit. nam ne optime quidem de re publica meritis viris propter merita sua concessum esse quandocumque vellent et quocumque modo in ceteros superbire; nam ne Harmodio quidem et Aristogitoni; quos, quia compressissent superbientes, cetera dona accepisse. tum leniter ad alium antiquitatis virum transgreditur orator § 143 *λέγεται τοίνυν ποτὲ ἐν τῇ πόλει κατὰ τὴν παλαιὰν ἐκείνην εὐδαιμονίαν Ἀλκιβιάδης γενέσθαι, ᾧ σκέψασθε, τίνων εὐεργεσιῶν ὑπαρχουσῶν καὶ ποίων τινῶν πρὸς τὸν δῆμον, πῶς ἐχρήσανθ' ὑμῶν οἱ πρόγονοι, ἐπειδὴ βδελυρὸς καὶ ὑβριστὴς ᾤετο δεῖν εἶναι.* et aperit statim ipse cur hoc afferat exemplum: *καὶ οὐκ ἀπεικάσαι δήπου Μειδίαν Ἀλκιβιάδῃ βουλόμενος*

Digitized by Google

τούτου μέμνημαι τοῦ λόγου (οὐχ οὕτως εἰμὶ ἄφρων οὐδ' ἀπόπληκτος ἐγώ), ἀλλ' ἵν' εἰδῆθ' ὑμεῖς ὦ ἄ. Ἀ. καὶ γνῶθ' ὅτι οὐδὲν οὔτ' ἔστιν οὔτ' ἔσται, οὐ γένος, οὐ πλοῦτος, οὐ δύναμις, ὃ τοῖς πολλοῖς ὑμῶν, ἂν ὕβρις προσῇ, προσήκει φέρειν. e quibus verbis quo jure § 143—150 paragraphis 169. 170 adnexuerimus apparet. (cf. etiam § 146 *ἀλλ' ὅμως οἱ κατ' ἐκεῖνον ὑμέτεροι πρόγονοι οὐδενὸς τούτων αὐτῷ συνεχώρησαν ὑβρίζειν αὐτούς, ἀλλὰ ποιήσαντες φυγάδα ἐξέβαλον καὶ .... πάντα ὑπέμειναν, ὁτιοῦν ἄκοντες παθεῖν κάλλιον εἶναι νομίζοντες ἢ ἑκόντες ὑβρίζεσθαι συγχωρῆσαι.*) atque unice hic posse eis locum esse jam videbimus, tum quia hic collocatae ipsae habebunt quo referantur, tum quia sequentibus quod lumen poscunt adfundent. conparantur enim § 143—150 et superbia[1]) et merita virtutesque Alcibiadis cum Midia. praeter facundiam (cf. § 145 extr. 153. 202), praeter honores Olympicos per magnificentiam Alcibiadis urbi adquisitos, cum quibus § 174 extr. demum Midiae sordes conferuntur, afferuntur Alcibiadis expeditiones bellicae § 145: *αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ δήμου θέμενος τὰ ὅπλα δὶς μὲν ἐν Σάμῳ, τρίτον δὲ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει,*

---

[1]) In conparatione contumeliarum § 148 *ἀντίθωμεν δὴ τίς ὢν καὶ τίσι ταῦτ' ἐνδεικνύμενος* verba, ubi nunc leguntur, ipsa sensu carent nexumque sententiarum interrumpunt. postquam enim orator Alcibiadem Hermas truncasse et omnes inpietates eadem ira dignas esse concessit, sed non minorem inpietatem asseveravit esse sacra plane abolere quam truncare et convictum esse ursit Midiam illius rei, statim ita pergendum est: *μὴ τοίνυν ὑμῖν πρὸς τῷ μὴ καλὸν μηδὲ θεμιτὸν νομίζετε ἄ. δικ. μηδ' ὅσιον εἶναι τοιούτων ἀνδρῶν οὖσιν ἀπογόνοις πονηρὸν καὶ βίαιον καὶ ὑβριστὴν λαβοῦσιν ἄνθρωπον καὶ μηδένα μη-*

Digitized by Google

τῷ σώματι τὴν εὔνοιαν, οὐ χρήμασιν οὐδὲ λόγοις ἐνεδείξατο τῇ πατρίδι et Midiae commemorantur res gestae § 148: *τῶν στρατηγιῶν; ἀλλ' οὐδὲ καθ' αὑτὸν στρατιώτης οὗτος οὐδενός ἐστ' ἄξιος, μή τί γε τῶν ἄλλων ἡγεμών.* horum locorum prior respicit ad § 153 *τὸ ἐν ὑμῖν λέγειν κ. τ. ἑ.* et ad § 165 *ἐνταῦθα τοῖς σώμασιν αὐτοὶ λειτουργεῖν ἠξίουν* et § 166 *τελωνίαν καὶ πεντηκοστήν κ.τ.ἑ.*; posterior ad § 133 *σὺ ὁ μὴ λαχεῖν εὐχόμενος τῶν ἐξιόντων ὅτ' ἐκληροῦ, τὸν θώρακα δὲ οὐδεπώποτ' ἐνδύς, ἐπ' ἀστράβης δὲ ὀχούμενος ἀργυρᾶς τῆς ἐξ Εὐβοίας, χλανίδας δὲ καὶ κυμβία καὶ κάδους ἔχων* (cf. § 134), § 164 *ὧν ἱππαρχεῖν ἠξίωσε παρ' ὑμῖν ἱππέων, τούτοις οὐ συνεξῆλθεν*, § 166 *οὐχ ὁ ἵππαρχος Μειδίας κ. τ. ἑ.*. denique confertur § 149 sq. cum nobilissima Alcibiadis origine Midiae obscura atque spuria, ex qua explicari dicit hujus barbaram, ab urbis legali alienam naturam. haec de origine verba vel sola evincere possunt § 143—150 suum locum non tenere. nam cogitare quisquam potest oratorem *ἐσκεμμένα πάντα λέγοντα* haec ficta et superlata dixisse paulo ante § 157 extr., ubi de Midia ita loquitur: *οὐδὲν τῶν πατρῴων ἀποστερηθεὶς ὑπ' οὐδε-*

δαμόθεν, συγγνώμης ἢ φιλανθρωπίας ἢ χάριτός τινος ἀξιῶσαι. sed delenda esse illa verba ut notulam rhetoricam non recte Dobraeus Advers. I. p. 463 suspicatus est. inicienda sunt in § 147 post *ὀνειδίζειν ἄξιον*, ubi post Taureae Agatharchique injurias *ἐπιφώνημα* aptissimum sunt. neque indignum est memoratione scholiastam haec verba falso loco legentem tamen ita explicare: *τίς ὤν*] *Ἀλκμαιωνίδης ὢν ἀπὸ Ἱππονίκου γνωριζόμενος. — καὶ τίσι ταῦτ' ἐνδεικνύμενος*] *ὑπὸ τίνος ἠδικημένος; ποίου χορηγοῦ παροξύνοντος; ποίου ζωγράφου κεκινηκότος εἰς ἀγανάκτησιν.*

Digitized by Google

νός, ἀλλὰ παρὰ τοῦ πατρὸς πολλὴν οὐσίαν παραλαβών, et paulo post § 157 rursus protulisse quae ad illa referenda sunt? nam § 171. 172 demum, si ad § 143—150 referuntur, si has continuo sequuntur, suum lumen accipiunt. intellegitur tum cur usus sit orator tam vehementi epitheto § 171 quam est *τῷ καταπτύστῳ τούτῳ,* quid sibi velit ibidem *ὄντα τοιοῦτον οἷός ἐστι* et § 172 *εἶτα πρὸς τῶν θεῶν τὸ τὴν τῆς φύσεως κακίαν καὶ ἀνανδρίαν καὶ πονηρίαν ταῖς παρ' ὑμῶν ἀρχαῖς καὶ τιμαῖς καὶ χειροτονίαις ἐπανορθοῦσθαι μικρὰν ὑπολαμβάνετε εἶναι δωρεὰν καὶ χάριν;* (sed in capite sequente § 186 utrum adesse illius partis vim an jam extinctam dicam nescio, ubi haec leguntur *ἔστι δ' ὅσῳ περ ἂν αὐτὸν νῦν ταπεινότερον ποιῇ, τοσούτῳ μᾶλλον ἄξιον μισεῖν αὐτόν ὦ ἄ. Ἀ.. διὰ τί; ὅτι εἰ μὲν μηδαμῶς δυνηθεὶς ταπεινὸς γενέσθαι οὕτως ἀσελγὴς καὶ βίαιος ἦν ἐπὶ τοῦ παρεληλυθότος βίου, τῇ φύσει καὶ τῇ τύχῃ, δι' ἣν τοιοῦτος ἐγένετο, ἄξιον ἦν ἄν τι τῆς ὀργῆς ἀνεῖναι. εἰ δ' ἐπιστάμενος μέτριον παρέχειν ἑαυτὸν ὅταν βούληται, τὸν ἐναντίον ἢ τοῦτον τὸν τρόπον εἵλετο ζῆν, εὔδηλον κ. τ. ἑ.*) restat ut § 171—174 optime post § 143—150 sequi commemorem, cum, quae § 148 dicta sunt (*μηδὲ θεμιτὸν νομίζετε ... μηδ' ὅσιον εἶναι ...* [*Μειδίαν*] *συγγνώμης ἢ φιλανθρωπίας ἢ* χάριτός *τινος ἀξιῶσαι*), jam ita exaggerentur et ad finem adducantur: *Ὅτι τοίνυν καὶ* κεκόμισται χάριν *ὦ ἄ. Ἀ. παρ' ὑμῶν, οὐ μόνον ὧν αὐτὸς λελειτούργηκε λειτουργιῶν ἀξίαν (μικρὰ γὰρ αὕτη γέ τις ἦν) ἀλλὰ καὶ τῶν μεγίστων, καὶ τοῦτο βούλομαι δεῖξαι, ἵνα μηδ' ὀφείλειν οἴησθέ τι τῷ καταπτύστῳ τούτῳ.*

Digitized by Google

Ita epilogum in genuinam formam redactum puto apparereque, quamquam non ab omni neglegentia liber cernitur (cf. § 213), eum dispositione et elocutione non inferiorem esse quam ceteras orationis partes. qua vero distributione oratio nobis tradita est, ea a Demosthene ipso profecta esse non potest; sed quod A. Schaeferus additam p. 58 sq. e litis ratione inchoataque orationis natura jam conclusit, id disputatione mea confirmatur, transactione omnes res inter Demosthenem et Midiam conpositas esse neque illo auctore orationem foras emissam, sed alio, fortasse post illius mortem. sed utrum schedae casu jam disjectae nulla circumspicientia adhibita ita ut habemus editae sint an perverso judicio demum praepostere collocatae, id non dijudicem; at notandum videtur quod utraque pars ante caput suum posita est et exempla ex rerum memoria petita continet.

Praeter has partes duas duas etiam particulas transponendas censeo. una est § 106 extr. *διὰ τί; ἄ. δικ.; εἰ γὰρ ἐάν τις παρὰ πάντας τοὺς νόμους ὑβρισθεὶς ὑπὸ Μειδίου βοηθεῖν αὑτῷ πειρᾶται, ταῦτα καὶ τοιαῦθ' ἕτερ' αὑτῷ παθεῖν ὑπάρξει, προσκυνεῖν τοὺς ὑβρίζοντας ὥσπερ ἐν τοῖς βαρβάροις, οὐκ ἀμύνεσθαι κράτιστον ἔσται,* quae verba omni sensu destituta sunt post *μηδὲ ταφῆναι προσυπῆρχεν (ἂν) οἴκοι μοι.* hoc Reiskius vidit; ceteri nihil profecerunt. sed non deest quicquam, ut ille putabat, verum inicienda sunt manifesto post § 112 *ταῦτα μὲν οὖν ἀπείποι τις ἂν οἶμαι, θρηνῶν,* quae ipsa verba curta sunt. altera particula est § 218 *πότερ' οὖν, τούτου γενομένου, κρεῖττον ἦν αὖθις ἢ νυνὶ κολάσαι; ἐγὼ μὲν οἶμαι νῦν· κοινὴ γὰρ ἡ κρίσις, καὶ τἀδικήματα πάντ',*

Digitized by Google

ἐφ' οἷς νῦν κρίνεται, κοινά. sic in optimis libris verba leguntur, et sic retinenda sunt. sed hic non de Midia alias puniendo agitur; immo asseverat orator ejus modi crimen esse ut absolvi reus a judicibus nullo modo possit. inscrenda sunt verba in § 222 post *εἶτ' ἐφ' ᾗ ἀδείᾳ αὐτοὶ πορεύεσθε, ταύτην οὐ βεβαιώσαντες ἐμοὶ βαδιεῖσθε; καὶ τίνι χρή με λογισμῷ περιεῖναι, ταῦτα παθόντα εἰ περιόψεσθέ με νῦν ὑμεῖς; „θάῤῥει νὴ Δία," φήσειέ τις ἄν· „οὐ γὰρ ἔτ' οὐδὲν ὑβρισθήσῃ." ἐὰν δέ, τότ' ὀργιεῖσθε, νῦν ἀφέντες;* ubi hanc pulcram sententiam praebent: „Sed si rursus laedar idque solus, melius erat nunc, cum mecum una civitas laesa est, poenam in aliud tempus differre an sumere?" atque quia illo loco verba intellegi non poterant, omissum videtur *ἦν* in A. k. r. s. libris manu scriptis. cf. quae non dissimilia leguntur in Lept. § 22 sq. *ἴσμεν ἐκεῖνο δήπου, ὅτι λειτουργήσουσι μέν, ἄνπερ ἡ πόλις ᾖ, πολλοὶ καὶ οὐκ ἐπιλείψουσιν, ... εἰ δὲ δὴ τὰ μάλιστα ἐπέλειπον οἱ χορηγεῖν οἷοί τε, πρὸς Διὸς πότερον κρεῖττον ἦν εἰς συντέλειαν ἀγαγεῖν τὰς χορηγίας ὥσπερ τὰς τριηραρχίας, ἢ τοὺς εὐεργέτας ἀφελέσθαι τὰ δοθέντα; ἐγὼ μὲν ἐκεῖνο οἴομαι.* pariter *εὐθὺς* pro *αὖθις* in marg. *Ω* ortum est ex emendandi conatu. post illa verba deinde hoc epiphonemate totum capitulum, quod inde ab *ὁρᾶτε* § 221 incipit, *ἀσυνδέτως* clauditur: *μηδαμῶς ὦ ἄ. Ἀ, μὴ προδῶτε μήτ' ἐμὲ μήθ' ὑμᾶς αὐτοὺς μήτε τοὺς νόμους.* nam egregie statim Dobraeus alterius capituli initium fecit ita emendans: *καὶ γὰρ αὖ* (pro *αὐτὸ* librorum) *τοῦτο· εἰ θέλοιτε κ. τ. ἑ.. κοινὴ* vero *ἡ κρίσις καὶ τἀδικήματα πάντ' ἐφ' οἷς νῦν κρίνεται κοινά* verba

§ 218 quid sibi velint, tota pars § 219—225 illustrat. (cf. in primis § 219. 225, prooemii § 8.) jam quis has particulas in falsis locis collocaverit non facile dici potest; quod tamen finibus partium adjunctae sunt, id animadvertendum est.

DE ORATIONIBUS IN LEPTINEM ET PRO PHORMIONE HABITIS.

Vidimus orationum Demosthenis, quarum de ratione judicia veterum nobis servata sunt, alteram ab eo inceptam, alteram absolutam fuisse, utriusque tamen quae fuit genuina forma ab alio disturbatam esse. praeter has inter orationes causarum publicarum Leptinea, inter privatarum pro Phormione eadem qua Aeschinea fortuna videntur usae esse; in contionibus Demosthenis nihil tale inveni.

In Leptinea § 8—10 post § 17 ponendas esse puto. sed fatendum talia hic argumenta adhibenda esse quae fortasse non omnibus satis persuadeant. Postquam in brevi prooemio hujus *δευτερολογίας* § 1—4 (non § 1—8, ut A. Schaeferus I. p. 361 statuit) id quod summum inter Leptinis et Aphepsionis leges discrimen erat proposuit, non quia populus ab hominibus indignis deciperetur, ab immunitate donanda ipsum excludendum esse, quo foret ut potestas ejus minueretur, sed prohibendos

esse ab accipienda et fruenda indignos: primum in prima confirmationis parte, in qua tota de legis utilitate sermo est, § 5—8 tres rationes affert, cur etiam re per se spectata satius sit vel indigno ut nunc, quam omnino non dari immunitatem: nunc multos ad bene faciendum incitari, tum omnes ab aemulatione revocatum iri; nunc in simplicitatis famam populum ad summum incurrere, tum in inprobitatis; nunciam si Leptines de hominibus malis queratur, quid futurum nullis propositis probitatis praemiis? In § 8—10 docetur alteram immunitatis dimidiam, quae ad alteram omni civi per se datam addita sit viris bene meritis, his eripere quam parum id compensaturum sit damnum futurum, jacturam bonae famae. in his eandem fere cogitationis rationem esse quae inest in § 11—14 quivis opinor concedet. sed, ut dixi, non ante has verum earum locum esse puto, sed post § 17 ponendas, ita ut, postquam exemplo pecuniae a parte populi debitae, sed a cuncto Lacedaemoniis hostibus redditae *τὸ τῆς πόλεως ἦθος* (§ 13) demonstratum sit quam sit *ἀψευδὲς καὶ χρηστόν, οὐ τὸ λυσιτελέστατον πρὸς ἀργύριον σκοποῦν, ἀλλὰ τί καὶ καλὸν πρᾶξαι*, id in fine § 11—17. 8—10 partis augeatur his verbis (§ 10) *οὐ γὰρ εἰ μὴ χρήματ' ἀπόλλυτε μόνον σκεπτέον, ἀλλ' εἰ καὶ δόξαν χρηστήν, περὶ ἧς μᾶλλον σπουδάζετε ἢ περὶ χρημάτων, καὶ οὐ μόνον ὑμεῖς ἀλλὰ καὶ οἱ πρόγονοι*; deinde ut post exemplum illud omnino nobiles populi mores testans támquam per gradus tum ad donorum liberarum civitatum universorum praestantiam, tum ad immunitatis ipsius rationem accedatur, et post hanc partem sponte

quasi refutatio initium capiat, quae in immunitate persistit et in lucro perpendendo quod illa abrogata extiturum Leptines promiserat. Transitiones tum fient bene excipientes quae semper antecedunt. § 11 enim *Ὅτι τοίνυν οὐδ' ἐστὶν ὅλως ὦ ἄ. Ἀ. τοῦ ἤθους τοῦ ὑμετέρου κύριον ποιῆσαι τοιοῦτον νόμον, καὶ τοῦτο πειράσομαι δεῖξαι* erit „Ratiunculis his missis (§ 5—7), ut controversia dirimatur (cf. *Ὅτι τοίνυν ὅλως οὐδ' … ἐστίν* Aristocr. § 118), ad mores vestros legem exigam et respuendam eam ostendam." post § 15 *Νομίζω τοίνυν ὑμᾶς ὦ ἄ. δικ. ἄμεινον ἂν περὶ τοῦ παρόντος βουλεύσασθαι, εἰ κἀκεῖνο μάθοιτε ὅτι κ. τ. ἑ.* in § 8—10 alterum tale argumentum, quale illis verbis significatur in § 15—17 afferri, afferetur per haec verba § 8 *Ἔτι τοίνυν ὑμᾶς κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθαι δεῖ, ὅτι κ. τ. ἑ.*. post conclusionem § 10 *νῦν τοίνυν οὗτος ὁ νόμος ταύτην ἀντὶ καλῆς αἰσχρὰν τῇ πόλει περιάπτει, καὶ οὔτε τῶν προγόνων οὔθ' ὑμῶν ἀξίαν. τρία γὰρ τὰ μέγιστα ὀνείδη κτᾶται, φθονερούς, ἀπίστους, ἀχαρίστους εἶναι δοκεῖν,* in qua oratione paulo graviore summam quasi facit eorum quae dixerat, bene incipiet refutatio § 18 *Τάχα τοίνυν ἴσως ἐκεῖνο λέγειν ἂν ἐπιχειρήσειε Λεπτίνης ἀπάγων ὑμᾶς ἀπὸ τούτων.* Accedit quod § 10 conclusio similis efficitur conclusionibus partium primariarum deinceps sequentium. cf. primae refutationis finis § 28 *τῆς δέ γ' αἰσχύνης ὅλην ἀναπίμπλησι τὴν πόλιν καὶ τῆς ἀπιστίας. οὔκουν ὅτε πολλῷ μείζονα βλάψει τῶν ὠφελειῶν ὧν ἔχει, προσήκει λελύσθαι παρὰ τοῖσδε αὐτόν; ἔγωγ' ἂν φαίην* (cf. etiam § 25); deinde totius argumentationis exitus § 142 *μὴ τοίνυν, δι' ἃ πάλαι παρὰ πάντα*

Digitized by Google

τὸν χρόνον ἡ πόλις εὐδοξεῖ, ταῦτ' ἀνέλητε νῦν· μηδ' ἵνα Λεπτίνης ἰδίᾳ τισίν, οἷς ἀηδῶς ἔχει, ἐπηρεάσῃ, τῆς πόλεως ἀφέλησθε καὶ ὑμῶν αὐτῶν ἣν διὰ παντὸς ἀεὶ τοῦ χρόνου δόξαν κέκτησθε καλήν· μηδ' ὑπολαμβάνετε εἶναι τὸν ἀγῶνα τόνδε ὑπὲρ ἄλλου τινὸς ἢ τοῦ τῆς πόλεως ἀξιώματος, πότερον αὐτὸ δεῖ σῶν εἶναι καὶ ὅμοιον τῷ προτέρῳ, ἢ μεθεστάναι καὶ λελυμάνθαι; denique totius orationis summa § 164 *ἂν μὲν τοίνυν καταψηφίσησθε, ὥσπερ ἡμεῖς κελεύομεν, ... ἡ ... πόλις πιστή, δικαία, πρὸς ἅπαντας ἀψευδὴς φανήσεται· ἐὰν δ' ἀποψηφίσησθε, ὃ μὴ ποιήσαιτε, ... ἡ ... πόλις τἀναντία ὧν εἶπον ἀρτίως δόξει ἄπιστος, φθονερά, φαύλη παρὰ πᾶσιν εἶναι.*

In oratione pro Phormione scripta docetur in priore confirmatione, cum Pasio Phormioni mensam collocaret, eum nullam in ea sortem reliquisse, sed fingi hanc ab Apollodoro; in posteriore, cum Apollodorus bis cum Phormione transegerit et per viginti fere annos sortem illam non petierit, jure secundum duas leges exceptionem factam esse. tum refutatio incipit; sed mirum, bis incipere videtur: § 28 *Θαυμάζω τοίνυν ἔγωγ' ὦ ἄ. δικ. τί ποτ' ἐστὶν ἃ πρὸς ταῦτ' ἐπιχειρήσει λέγειν Ἀπολλόδωρος οὑτοσί,* § 33 *Κατ' οὐδὲν τοίνυν ὦ ἄ. Ἀ. δίκαιον οὐδὲν ἔχων εἰπεῖν ἀναιδεστάτους λόγους ἐτόλμα λέγειν πρὸς τῷ διαιτητῇ, περὶ ὧν προακηκοέναι βέλτιόν ἐσθ' ὑμᾶς.* insolentius etiam est in principio refutationis (§ 28—32) Phormionem invidia liberari quod libertinus domini uxorem in matrimonium duxerit, tum (§ 33—35) Apollodori sermones reici, perhibentis testamentum omnino factum non esse, se vero superiore

Digitized by Google

tempore a litibus abstinuisse, quia magnam locationis mercedem Phormio sibi promiserit; quam cum non solvat, se nunc litigare. haec objectio longe gravissima et cum alterius confirmationis duobus argumentis conjunctissima manifesto statim haec sequi debet; prior vero collocanda est post § 52. Tum omnia bene sic procedent. primum diluit orator (§ 33—35), quae contra exceptionem ipsam Apollodorus prolaturus erat; deinde (§ 36—52. 28—32) de re et Apollodori et Phormionis familiari et de Phormionis matrimonio loquitur, quibus afferendis Apollodorus sibi judicum benevolentiam et auxilium, invidiam odiumque illi conparaturus erat, horumque sermonum injustitiam exponit. neque Phormionem esse auctorem (§ 36—38) neque alium quemquam praeter Apollodorum ipsum inopiae de qua queratur; eum satis ad vivendum, immo plus pecuniae quam ei deberetur accepisse. neque eum (§ 39—42) in rem publicam omnia inpendisse; sed instituisse eum ea munera publica quae post hereditatis partitionem ipse obierit ex usuris parvae facultatum partis. neque si e capite ipso sumpsisset, ideo Phormionem rebus suis privari in extremamque necessitatem adduci oportere. sed si facultates Phormionem ex patris opibus adquisivisse dicat et hanc ob causam eas sibi vindicare velit (§ 43—48), idem et Apollodoro et Phormioni, cum Pasion Antisthenis et Archestrati servus fuerit, Antimachum facere licere, Archestrati filium. tali sermone Apollodorum et de semet ipso et de parentibus mortuis contumeliose dicere et civitati insultare quae et Pasionem et Phormionem receperit. § 49—52 ante oculos

Digitized by Google

ponit quid ex hoc inprobo incepto eventurum sit, si judices accusatori morem gerant. ex omnibus rebus ejectum iri hominem in negotiis tam prudentissimum quam probissimum, qui Apollodoro fratrique ejus hereditatem conservaverit. tum Apollodoro ita (§ 52) appellato *ὦ βέλτιστε, εἰ οἷόν τε σὲ τοῦτ' εἰπεῖν, οὐ παύσῃ, καὶ γνώσῃ τοῦθ', ὅτι πολλῶν χρημάτων τὸ χρηστὸν εἶναι λυσιτελέστερόν ἐστιν; σοὶ γοῦν, εἴπερ ἀληθῆ λέγεις, χρήματα μὲν τοσαῦτ' εἰληφότι πάντ' ἀπόλωλεν, ὡς φῄς· εἰ δ' ἦσθα ἐπιεικής, οὐκ ἄν ποτε αὐτὰ ἀνήλωσας* et parte § 36—52 his verbis conclusa sic optime pergitur § 28 *Θαυμάζω τοίνυν ἔγωγ' ὦ ἄ. δικ. τί ποτ' ἐστὶν ἃ πρὸς ταῦτ' ἐπιχειρήσει λέγειν Ἀπολλόδωρος οὑτοσί. οὐ γὰρ ἐκεῖνό γ' ὑπείληφεν, ὡς ὑμεῖς, μηδὲν ὁρῶντες εἰς χρήματα τοῦτον ἠδικημένον, ὀργιεῖσθ' ὅτι τὴν μητέρ' ἔγημεν αὐτοῦ Φορμίων.* ab omni enim fraude et circumscriptione Phormionem orator modo liberavit; et postquam antea objectiones apud diaetetam vel omnino ab adversario auditas (§ 18. 33. 43) rejecit, jam ut omnia adminicula adversario eripiat, vel de quibus ne cogitaturus quidem sit, etiam de Phormionis matrimonio, infirmissima objectione, dicere aggreditur. fuisse id neque Atheniensium moribus insolens neque Apollodori genere indignum; quin agnitum esse ab ipso. jam omnibus confectis bene § 53 exclamat *Ἀλλ' ἔγωγε μὰ τὸν Δία καὶ τοὺς θεοὺς πανταχῇ σκοπῶν οὐδὲν ὁρῶ, διότι ἂν σοὶ πεισθέντες τουδὶ καταψηφίσαιντο.* et significatis rursus legibus illis duabus quibus exceptio nitebatur § 32 *καὶ ἀφεῖναι ἐγκλημάτων ἁπάντων* et § 53 *τί γάρ; ὅτι οὐ πλησίον ὄντων τῶν ἀδικημάτων ἐνεκά-*

Digitized by Google

λεις, ἀλλ' ἔτεσι καὶ χρόνοις ὕστερον αἰτιᾷ; et transitu in epilogum posterioribus verbis parato[1]) per Apollodori causarum publicarum praeter privatas commemorationem perque Phormionis et in rem publicam et in privatos beneficia proferenda illi invidiam, huic benevolentiam exsuscitat (§ 53—56). denique § 57—59 miseratio, § 60—62 conplexio causae sequitur orationisque exitus[2]).

[1]) § 53 fortasse *ὅτι* omisso scribendum est *ἀλλὰ τοῦτον ἀπράγμων ἦσθα τὸν χρόνον*, ut sit *ὑποφορά* antecendenti interrogationi subjuncta, ipsa sine interrogatione pronuntianda.

[2]) § 62 *Ἀνάγνωθι λαβὼν αὐτοῖς τὸν νόμον καὶ τὰς μαρτυρίας ταυτί. ΝΟΜΟΙ. ΜΑΡΤΥΡΙΑΙ.* verba delenda sunt, cum quo referantur non habeant.



BEROLINI, TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS SCHADE.

99 93358 4

Digitized by Google

Digitized by Google



MC